

mouendam utimur, herba caule uno arboreo fere ut in ruta cōspicitur, al surgens : quare multorum Græci, Αὐλόπολανας, quasi olus arborescens nominant, Nec Gaza Theophrasti interpres aliter uertit. Huius præterea tria Plinius memorauit genera, leue, crispum, & campestre. Dioscorides quoq; simul trium mentionem facit, hortulanii, sylvestris, atq; alterius ap̄ os dicti, de quo in sequentibus sermonem habebimus. Porro hortulanis eminis decocto, plerunq; Galeni consilio, ad proritandum uomitum utimur. Nam supremi raphani cortices, cibum in stomacho, ut aiunt coquere adiuuant, secus uero illius medullaris pars, quum terrestris & difficilis concoctionis sit: Si quid tamen in se caliditatis habet, id à corticibus traxis tertio ordi se credendum est. Verum Radicula ut tradit Galenus libro 8. de Faculta- ne calfacit tibus simplicium medicamentorum, tertio gradu excalfacit, secundo uero secundo de desiccatur, & ut libro secundo de Facultatibus alimentorum legitur, eius radix ex ijs est quibus assidue uescimur: estq; obsonium magis quām alimen- tum nimirum quæ & ipsa cum manifesta calefactione attenuandi faculta- tem fortitur: nam qualitas acris in ipsa superat, sed caulis eius elixus ma- gis nutrit quām cruda radicula: paucissimum tamen & ipse alimentū præ- stat. Mirari autem subit eos medicos & idiotas, qui non sine multorum in-

Radicula Galenus commodo, post coenam, crudas eas esitandas tradunt. Hæc Galenus, qui contradicit Dioscoridi in præsenti omnino contradicit, quum eos taxet medicos, atq; idiotas, qui post coenam coctionis suuandæ gratia, crudas radiculas esitāt, quum potius in principio coenæ comedendas sint, quæ uerba ut nositis in uniuersum Dioscoridi contradicunt, quū Dioscorides ex illis est, qui post coenam, radiculas comedendas esse tradunt, quem sequitur quoq; Alexander Trallianus, pro quibus conciliandis authoribus, dicitur. Si uentricu- lus calidus sit, & facile fluat, nec ad flatum gignendum aptus sit, tunc radi- culas in initio coenæ esitare bonum esse, Si uero contrā post coenam satius esse. Hanc uero nostram conciliationem Simoni Sethi, ut uerū dicamus, acceptam referimus. Sylvestris porro radicula, in aruis & campestribus nascitur à sativa non multum ab similis.

Galenus contradicit Dioscoridi in præsenti omnino contradicit, quum eos taxet medicos, atq; idiotas, qui post coenam coctionis suuandæ gratia, crudas radiculas esitāt, quum potius in principio coenæ comedendas sint, quæ uerba ut nositis in uniuersum Dioscoridi contradicunt, quū Dioscorides ex illis est, qui post coenam, radiculas comedendas esse tradunt, quem sequitur quoq; Alexander Trallianus, pro quibus conciliandis authoribus, dicitur. Si uentricu- lus calidus sit, & facile fluat, nec ad flatum gignendum aptus sit, tunc radi- culas in initio coenæ esitare bonum esse, Si uero contrā post coenam satius esse. Hanc uero nostram conciliationem Simoni Sethi, ut uerū dicamus, acceptam referimus. Sylvestris porro radicula, in aruis & campestribus nascitur à sativa non multum ab similis.

Concilia- Galenus commodo, post coenam, crudas eas esitandas tradunt. Hæc Galenus, qui contradicit Dioscoridi in præsenti omnino contradicit, quum eos taxet medicos, atq; idiotas, qui post coenam coctionis suuandæ gratia, crudas radiculas esitāt, quum potius in principio coenæ comedendas sint, quæ uerba ut nositis in uniuersum Dioscoridi contradicunt, quū Dioscorides ex illis est, qui post coenam, radiculas comedendas esse tradunt, quem sequitur quoq; Alexander Trallianus, pro quibus conciliandis authoribus, dicitur. Si uentricu- lus calidus sit, & facile fluat, nec ad flatum gignendum aptus sit, tunc radi- culas in initio coenæ esitare bonum esse, Si uero contrā post coenam satius esse. Hanc uero nostram conciliationem Simoni Sethi, ut uerū dicamus, acceptam referimus. Sylvestris porro radicula, in aruis & campestribus nascitur à sativa non multum ab similis.

tio. Galenus commodo, post coenam, crudas eas esitandas tradunt. Hæc Galenus, qui contradicit Dioscoridi in præsenti omnino contradicit, quum eos taxet medicos, atq; idiotas, qui post coenam coctionis suuandæ gratia, crudas radiculas esitāt, quum potius in principio coenæ comedendas sint, quæ uerba ut nositis in uniuersum Dioscoridi contradicunt, quū Dioscorides ex illis est, qui post coenam, radiculas comedendas esse tradunt, quem sequitur quoq; Alexander Trallianus, pro quibus conciliandis authoribus, dicitur. Si uentricu- lus calidus sit, & facile fluat, nec ad flatum gignendum aptus sit, tunc radi- culas in initio coenæ esitare bonum esse, Si uero contrā post coenam satius esse. Hanc uero nostram conciliationem Simoni Sethi, ut uerū dicamus, acceptam referimus. Sylvestris porro radicula, in aruis & campestribus nascitur à sativa non multum ab similis.

DE SISARO.

Græce, σίσαρος: Latine, siser: Hispanice, chiriuias: Gallice, des chirutes: Germanice, Geirlin.

Enarratio. 108.

Siser quid. IN altum procere siser crescit, folio elaphobosco uel apio grandiori per simili, cuius radices apud Hispanos Lusitanosq; in uictu frequentes sunt.

quas Græca uoce deprauata, suo ſdiomate chiriuias appellant. Qui uero ſiſer bauciam albam eſſe credunt, omnino falluntur, quum in ſiſeris cen- tro, neruea quædam pars admodum dura reperiatur, & eam ut inutilem, quum radice utuntur, reſciunt: quam in baucia non uidemus. Cæterum adeo gustui gratæ radices iſte ſunt, ut olim Tiberius Cæſar (ut narrat Plinius) eis ſingulis annis, ē Germania Romam, pro ſuo uictu afferre cura- uerit, de quarum uiribus ita tradit Galenus libro octauo de Facultatibus Simplicium medicamentorum: Sisari radix ſtomacho grata eſt, & urinam mouet, ſecundo ordine excalſaciens, adieſtam habens amaritatem quan- dam, cum lcuicula adſtrictione.

DE RVMICE.

Græce, ^{narrator} Latine, lapathus, lapathum, lapatum, rumex,
lapathum acutum: Hispanice, labaca: Italice, rombice: Gallice,
de la pareille ou de la patience: Germanice, Mengelwurz.

DOMESTICVS RVMEX.

Domesticum lapathon, domesticus rumex, spinacia: His-
panice, spinaques, spinafres: Italice, spinachi: Gallice, eſpi-
narts: Germanice, Spinet/oder Binetsch.

OXALIS.

Oxalis, acetosa: Hispanice, azederilha, azedas: Italice, ace-
tosa: Gallice, acetosa: Germanice, Ampffer.

Enarratio 109.

SUNT rumicis, ſiue lapathi, plures & illæ quidem uulgatissimæ speci-
es, nam quædam quia in acutum, aut in mucronem, cuspide meius folia
tendunt, oxylapathon dicitur, quæ plerumque in locis humidis & aquofis re-
peritur, & iſta quidem magna, aliquando uero parua, ſuibus & Scrophis fa-
ginandis apta. Nam hippolapathus uel grandis rumex, folijs permagnis
enulæ ſimilibus, in aquofis cernitur locis. Domesticus uero rumex ſiue
hortense lapathū, spinachia nostra eſt: nec enim de hoc mirari eſt, quum
spinachia alata ut acetosa quædam eſt, quæ in hortis hodie ſeritur ueluti
olim quoque exculta habebatur, spinachia dicta, quia ex Hispania forte pri-
mo allata in alteras regiones fuerit, aut ut ego credo, quia ſemen spinosum

Rumicis
plures spe-
cies.

Rumex do-
mesticus spi-
nachia eſt.

habeat, quam Galenus merito inter olera, libro secundo de alimentorum facultatibus collocat, & eam betae non gustu modo, sed uiribus similem facit, quæ omnia illi conuenire, manifestius est, quæ à nobis explicari possit: Nec enim unquam persuaderi potui ut crederem quo'd lapathon, ruine uulgatus, in usu uictus aliquando uenisset, quum herba insipida & palato ingrata sit. Oxalis uero, acetosa nostra est, quam Galenus oxylapathum uocat, cuius species plures sunt: nam quedam hortensis est, lata quæ in aetarijs plerunque euenit: altera uero parua sagittæ modo alata, quæ plerunque ad ruffedinem tendit, ex qua aqua per campanam elicetur, & in officinis habetur. Est & tertia, folio hederaceo acetoso, quam bisacutam recentiores uocant, in montibus & saxosis locis plerunque nascens. Iis oxytriphylon, id est acetosum trifolium, quod aleluia uel acetosellam nonnulli appellat, adiungere est, de quo alibi sermonem habituri sumus: ceterum, omnium harum herbarum acetosarum semen constringendi uires possidet.

DE LAMPSANA.

Græce, λαγψάνη: Latine, lampsana, napum filuestre, serum napum: Hispanice, saramago: Gallice, saunes blanches.

Enarratio no.

QVI misera pauperie uexantur, apud Hispanos, lampsanam optime, uel inuite norunt, quum ad eorum mensas quotidie ueniat, herba pedalis altitudinis, tria uel quatuor ad summum emittens folia hirsuta, napi similis tudine, unde olus hoc, Hispani saramago, quasi serum napum appellare solent. Dicitur quoque lampsana, quod folijs humum lambat: nam eius folia terram lambere uidentur, illi semper harentes, Galli quoque olus hoc, saunas albas, quasi filuestres napos, nominant. Vnde recte Dioscorides à Romanis napum appellari dixit. Nascitur enim herba in aruis, & locis, preci pueri iam sat, cuius flos albus est, radix uero inutilis, estur enim herba haec cocta, malum & pessimum gignens succum, ita ut de ea prouerbium feras tur, uerulas interficere, & Galenus dixerit septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum: equidem esa succos prauos procreat: at illita abstergendi nonnullam digerendique facultatem possidet.

DE BLITO:

Græce, βλιτος: Latine, blitum, blitus: Hispanice, bledos: Italice, bledoni, blito: Gallice, blete: Germanice, Blaier.

Enarratio. iii.

BLITVM, ignavum, & insipidum ac fatuum olus est, unde
Inutiles, & rudes homines, blitos appellamus, & ita vulgare est olus, ut non
cognoscenti illud, obiectatur, blitum te merito dixerim, qui blitum igno-
ras, nascitur enim rubrum & herbaceum, & ut tradit Galenus, frigidum et Blitum fri-
gidum &
humidum in secundo gradu, cui mea sententia in coctura acetum uel res a- humidum
liqua acetosa adiungenda est, quum aliter stomachum subuertit, & uomiti- in secundo
tum prorritat. ordine.

DE MALVIS.

Græce, μαλα: Latine, malua: Hispanice, maluas: Italice,
malba: Gallice, malues: Germanice, Pappel.

Enarratio. ii.

MALVA à molliendo dicta est, uelut Varroni placet, molua, quod al- Malus.
uum molliat dicitur, quæ ubique familiaris est. Sativa tamen prisci olim in
acetarijs cum lactuca ad emolliendam aluum utebantur, unde Martialis di-
xit: Vtere lactucis aut mollibus utere maluis. & alibi:

Exoneraturas uentrem, mihi uillica maluas

Attulit, & uarias, quas habet hortus, opes.

Quibus quoque multi, hodie oxoleo & sale conditis, tanquam olere in cibo
utuntur, quarum decocto, in clysteribus ad aluum ciendam, & urinam
prorritandam passim utuntur. Cæterum, est & malua quedam: arbore- Malua ar-
scens, flores, rosæ similes, autumno gerens, quæ cum ceteris, parumper cal borescens
facit, ac emollit.

DE ATRIPLICE.

Græce, ἀτρίπλιξ: chrysolachanon: Latine, atraphaxys atris-
plex, aureum olus: Hispanice, armolles: Italice, armola, trapes-
se, reppeste: Gallice, arrouches, des bones dammes: Germanice,
Molten/oder miltein.

Enarratio. ii.

ATRIPLEX, chrysolachanon, quasi aureum olus dixeris, appellatur! Atriplex.
unde Hispani aureum olus exprimere uolentes, corrupte Armoles, eam Spinacia
uocant, omnibus satis vulgatam herbam, quæ octauo die, à satu profilit, atriplicis
folio aureo, unde nomen traxit, crasso, in acutum sagittæ modo desinente, genus non
à quo nec sylvestris atriplicis folium multum deuiat. Nam spinacia, atri est.

plicis species non est, quum lapathum hortense illam esse, prædiximus. Galenus porro, de atriplice, ita prodit, libro sexto de Facultatibus simpliciū medicamentorum. Humida & frigida temperie est: humida quidem secundi ordinis à medijs: frigida vero primi, quam utiq; tepidam esse caliditatem posuimus cuiusmodi rosis inest, non tamen adiunctionis est particeps, sed aqua est, & minimum terrena, similiter malu: quin & uentrem celeriter permeat, utilla, ob lubricitatem. hortenses autem atriplex, & malua, quam agrestes: tum humidiores sunt, tum frigidiores; proinde phlegmatis, & phygethliis incipientibus agrestes magis conueniunt. Semen eius ab ictericis cōuenit;

DE BRASSICA.

Græce, ^{μάρανθη}: Latine, crambe, brassica, caulis: Hispanice, colhes, couues: Italice, caulo, uerza: Gallice, des chauls: Germanice, Köl.

ALTERA SPECIES.

Lacuturris, caputum: Hispanice, repolho, colhes morcias: Italice, caputio: Germanice, Cappes Kraut.

Enarratio 114.

BRASSICA. CRAMBÆ brassica est, de qua Satyricus dixit, Occidit miseris crambe repetita magistros, cuius plures & uariæ sunt species, quas Dioscorides ut hortis & culinæ familiares, silentio præteriuit: Plinius tamen uerbosius eas prosequitur, libro decimonono capite octauo, ubi fabellam maxime laudat, quam quoq; phodie in honore uniuersa Italia habet, admiranda fōliorum crispitudine, & eam caulem florem appellat, primo ex Syria aduentam, iam nunc in Flandriam & alias exteris nationes transportatam, ad uehitur; namq; ut dixi, semen istius brassicæ ex Syria, quod primo anno satum ex se prædictam emittit brasicam, ex qua postea semen ortum ac satum nonquidem brassicam gignit, sed potius in rapam degenerat: quod aduertens Plinius, dixit libro decimonono capite decimo ex semine brassicæ ueteris rapæ fiunt: proinde brassicam pro radice rapam habentem, ex semine caulis floris in Italia sati oriri certum est: quod pauci hucusq; adnotarunt quo sit q̄uoq; ut semen hoc ex Syria delatum, primo anno, cau-

lem florem tantum producat: quum semen à caule illo ortum loco producendi caulem florem, rapam potius gignit, & illam quidem suauissimam, & cibo gratissimam. Est quoq[ue] altera brassicæ species, quam citato loco Plinius & merito lacuturrem appellat, quia primo ex conualle Aricina, Lacutture dicitur, quia ibi olim lacus et turris fuerant, Romæ traxit, in orbem porrectam, clausam, & apprime durans, quæ quum secatur per medium, in numero cernitur folio. Cæterum discordiam inter brassicam & uitem, omnibus notam crederem, atq[ue] inde brassicam in cibo sumptram, contra temulentiam & ebrietatem ualere, Androcydes quidam putauit, quum tamen Aristoteles in problematis, non contrarietatis causa id euenire dicat, sed potius quia brassicæ succus dulcis discutiendi, & humores in aluum eliciendi uires possideat: quibus deorsum conuersis, sequaxuini uapor ad imam deuocatur, & sic crapula aboletur. Sylvestris uero brassica domestice similis est, folijs tamen crassis, & hyoscyami modo hirsutis, gustui amaris. De domestica uero, siue esculentâ tradit Galenus libro septimo de Aicutatibus simplicium medicamentorum, quod desiccandi uim habet, tū esa, tum foris imposta, nō tamen etiam admodum acrem, utcunq[ue] tamen quiddam abstersionem in se habet, & ut libro secundo de Alimentorum facultatibus ait, huius succus facultatem habet purgatricem, quanquam et partes in se brassica ipsa contraria habeant, unde quum quod brassica soluat, cupimus, parum coquatur permittimus, quia in eo primo decocto, ex cretaria facultas transit, manente in corpore & brassicæ substantia constringente, ut in lente quoq[ue] sit. In huius porro uiribus Galenus à Diosco rideat: nam libro citato de Alimentorum facultatibus, uisum brasifcam hebetare tradit; Dioscorides uero, oculorum hebetudinē, in cibo sub dia. uenire, & tremulis fatetur. Reuera tamen Dioscorides intelligendus est sic, brassica subuenit ijs quibus oculi hebetiores sunt, modo hebetudo illa à nimia eueniat humiditatem, quia sua siccitate talem emendat hebetudinem, ut Galenus quoq[ue] latetur, quum inquit: lens itaq[ue] & brassica æqualiter se mensura siccant, ob idq[ue] uisum hebetant, nisi forte totus oculus humidior fuerit, quam naturalis habitus postuler. Non prateribo tamen in coquendis esculentis herbis documentum à Galeno traditū, in hoc capite, quod dis herbis sic habet: Huius ante omnia memor, nihil quod bis coquitur, oportere nec documentum aerem neq[ue] aquam frigidam contingere: non enim poterit amplius etiam tum. si diutissime coixeris plane tabescere: sed oportet ut paulo ante diximus, a quā calidam habere parataam, ut quā ex priore extraxeris, in illam protinus coniicias. Hęc Galenus, uideant igitur boni coqui, quum herbas coquunt, ne illis inter coquendum, frigidam aquam superinfundant, quum

*Loch de
caulibus.*

quoquomodo recrudescere, eae uideantur. Ex caulibus uero siue brassica hodie in officinis, eclegma loch dictum contra pectoris uitia paratum habetur: At brassica sylvestris, quodam modo calidior sicciorq; domestica est, ut Galenus citato loco tradit.

DE BRASSICA MARINA.

*Græce, νερού βασια: Latine, brassica marina, soldanella:
Vulgo soldanella.*

Enarratio 115.

Soldanella.

BRASSICA marina, omnium consensu vulgaris est soldanella, hydro picis admodum conducibilis herba, quanquam non desunt hodie qui eam maxime uituperent, & hydropicis non conuenire contendant: ex quibus Cardanus quidam nominandus uenit, Cæterum Mathæus Syluatius, hic ut solet, pueriliter errat, quum credat chachile apud Serapionem soldanellam nostram esse, ut ex folijs chachile à Serapione tributis, manifeste suus deprehenditur error, quæ proculdubio usneæ aut nasturtij esse tradit, non uero aristolochiæ, qualia, soldanellam habere nouimus. Proinde emendandus hic Dioscorides uenit, quum dicat, folia habet longissima, quod falsum esse, ut diximus, liquet, quum potius soldanella folia habeat parua, tenuia, rotundæ aristolochiæ similia. Sed error iste non aliunde ut credo uenit, quam ex Græco codice corrupto, in quo loco μυρά, id est parua, μακρὰ id est longa legebatur. De soldanellæ uero uiribus ita Galenus lib. septimo tam sepe repetito meminit, dicens: Non solum aluum deiicit, sub salsa & subamara existens, sed etiam ad externos corporis usus idonea.

DE BETA.

*Græce, τῦλντα. Latine, beta, sicta, olus sicutum: Hispanice,
aselgas: Italice, beta, bietola: Gallice, de la porree, ou de la iote,
te, Germanice, Mangolt.*

Enarratio. 116.

*Beta tres
species.*

REPERTVR hodie, præter duas betæ à Dioscoride signatas species una tertia, omnino rubra, alba tamen & nigra hortis familiares sunt, alba sic dicta, quia non multum herbaceum ac uiridem colorem possideat. Hæc cocta bona facit aluum, ac eam subducit, unde Martialis dixit: & pigro uentri non in utiles betas. Huius quoq; decocto in clysteribus maxime utimur; sed illius succus pondere unius libræ, pro laxando uentre, ubi alieno

profuere medicamenta, primatum obtinet. Quo quoq; ueluti maioranæ succo, pro expurgando per nares capite, quotidie utimur, quod medicae mentum Græci errhinum uocant, ut apud Galenum, de ista herba amplissime legitur, lib. 8. de Facultatibus simplicium medicamentorum, quum dicat: Beta nitrosæ facultatis est particeps, qua tum digerit, tum extergit, et per nares expurgat: Cæterum cocta nitrositatem exuit, euaditq; leniter disgerens, ad detergendum tamen digerendumq; ualidior est beta alba. Haec tenus Galenus, in quibus uerbis betam calidam potenter esse percipitur, *Beta calida* præsertim in purganda à capite pituita, quam caliditatem in coctura exuit: est. & eam primum eius decoctum recipit, unde educens aluum euadit. Cæterum, beta sylvestris ut Plinio placet, limonium estherba, de qua lib. 4. sermo habendus est, quanquam Galenus lib. 2. de Facul. alimentorum cap. 43. nullam esse betā agrestem, nisi quis lapathon ita nominare uelit, tradat.

DE PORTULACA.

Græce, ανθέκην: Latine, portulaca: Hispanice, uerdolagas baldroegas: Italice, porcellana, procacchia: Gallice, de la purceline: Germanice, *Burgzentrant*.

Enarratio. n^o 7.

H V I V S duo nota sunt genera, foliorum magnitudine tantum differen^{tia}, quæ in cibo sumpta exile, frigidum, & humidum, ac lentum præbent nutrimentum, refrigerat enim portulaca tertio ordine, humectat uero secundo, & ea de causa, illius stillatitia aqua, in officinis familiaris habetur. Datur enim pueris, uermibus correptis cum febre, magno, ut experientia indicat, iuuamento.

DE ASPARAGIS.

Græce, ἄσπαρος: Latine, asparagus: Hispanice, esparagos: Italice, isparagi: Gallice, des asperges: Germani. *Spar gen.*

Enarratio. n^o 8.

ASPARAGOS in hortis ferendi, nulla hodie apud Hispanos cura est, Asparagi tantum campestribus & sua sponte nascentibus contenti: At Itali, præter campestres, hortenses habent asparagos, cibo grauissimos, præsertim Ravennates, qui quoq; olim, in maximo fuerunt honore, ut ex Martiale deprehenditur, quum dicat.

Mollis in æquorea quæ crevit spina Rauenna,

Non erit incultis gratiior asparagis.

Verum asparagos quum dicimus, stolones, siue tenellos caulinulos intellegimus, non uero spinis armatum fruticem, quos primis mensis, oxolao conditos, mica salis addita comedimus, & ita facile ad ignem coquuntur, ut quum rem celerrime perfici cupimus, dicere soleamus, citius quam a spargi coquantur. Cæterum asparagi radix, inter radices diureticas adnaturatur, ita ut inter illas primatum obtineat, quod percipitur, quia illius qui comedit asparagos, urina maxime foetet, stomachū enim maxime iuant omnes asparagi, urinascient, & parum nutriunt, de quorum temperatura, Galenus ita differit, libro sexto de Facultatibus simplicium medicamentorum Asparagus petraeus abstergendi uim habet, citra manifera. temperatu stam caliditatem aut frigiditatem: hinc iecur ac renes infarctu liberat, & maxime radices eius, & semen, quod & dentium dolores sanat.

DE PLANTAGINE.

Græce, ἀρνογλώσσα: Latine, arnoglossa, plantago, lingua agni, septineruia, stelaphuros: Hispanice, labantem, tamchagem: Italice, plantagine: Gallice, du plantain: Germanice, Wegerich.

MINORIS PLANTAGINIS LATINA nomina.

Lanciolata, plantago minor, lingua arietis, lingua agni: Hispanice, lengoa de oueya, lengoa de carnero: Gallice, lengue de moton: Germanice, Klein wegerich.

Enarratio. 119.

GRÆCORVM ἀρνογλώσσα plantago nostratum est: αρνος Græci agnum uocant, γάρ uero linguam, id est linguam agni, cuius plura sunt genera, duo tamen præcipua, maior & minor: Minor, angustioribus folijs, & nigroribus, linguæ pecorum similis, caule anguloſo, interdum inclinato, in pratis cum reliquis nascens, quam officine quinqueueruam, aut agni siue arietis linguam uocant: maior uero, folijs laterum modo inclusis, que quia septena sunt. Græci in labantem uocauerunt. Nascitur in hortis atq; vallibus nec nō paludibus, & pratis, cuius plura alia sunt genera, quorum aliquot, diuino fauente numine, lib. 3. attingemus. Cæterum plantaginis dotes in præsenti audire est, quas Gal. libro 6. ut soler, sapienter admodum persequi

Plantagi-
nis tempe-
ratura.

tur dicens: Refrigerat pariter & siccatur in secundo gradu, habetque nonnullum
austerum, ratione terrearum partium. Porro medicamenta, quae cum hoc
quod refrigerant, una etiam astringunt, ea & ad ulcera rebellia omnia, &
ad fluxiones & putredines conueniunt, ac proinde & ad dysenterias: Nam
& sanguinis profluvia sistunt, & siquid aduratur, refrigerant, tum sinus
quoque glutinant, & alia ulceræ recentia, & uetera simul, atque in omnibus fe-
re id genus medicamentis, primas tenet, aut certe nulli secundum est arno-
glossum, ob temperaturæ symmetriam, & conuenientiam. Nam siccitatæ
obtinet morsus experitem, & frigiditatem quæ nondum stupefaciat. Fru-
ctus etiam & radix similis sunt facultatis, nisi quod tum siccioris, tum mi-
nus frigidæ: quin & semen subtilium est partium. Radices uero crassiorū:
at herbæ folia exiccata, subtilium partium existunt, & minus frigidæ facul-
tatis. Radicibus utitur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutio-
nibus incoquentes, præterea ad iecinoris renumque obstructions, non ha-
tantum adhibent, sed folia quoque, & multo magis semina.

DE SIO.

Græce, οἰον: Latine, sium, lauer, anagallis aquatica: Hispanice,
rabacas: Italice, gorgolestro: Gallice, la berle: Germanice,
Pungen & Bachbungen.

Enarratio. 120.

SION herba sic dicta, quod excutiendi uires habeat: in riuulis & locis Sion herba
aquaticis semper nascitur, apio per quam similis, quam crudam, aceto mu- ba.
lieres & pueri in eunte uere comedunt. Nam post aduentum auis cuculi di-
ctæ, non amplius herbam esui aptam, mulieres Hispanicæ dicunt, imo il-
lam inutilem & tanquam ab aue dicta affectam praedicant. Nascitur enim
aliquando cubitalis, stomacho admodum grata, quæ & urinam euocat,
& uescicæ calculos excernit. Plinius porro huius herbæ uires, cum faculta- Plinius er-
tibus aquatici silymbrj, id est cressonis confundit libro 22. eiusdem nume- rat.
ri capite. Ne tamen si temperaturam desideres, Galenum audi, libro octa-
uo, de Facultatibus simplicium medicamentorum, ita dicentem: Sion quan-
tum gustu odoratum est, tantum etiam excalfacientis facultatis est parti-
ceps, sed & digerit, & urinam mouet, & calculos renum frangit, & men-
ses euocat.

DE SISYMBRIO.

Græce, σισυμβριον: Latine, sisymbrium, corona Veneris, bals-
kk

Samita, menta aquatica: Hispanice, herua buena delbagoa, ortel lana delbagoa: Italice, balsamita, menta aquatica: Gallice, balsamita: Germanice, Bachmünz/ oder Fischmünz.

Enarratio. 121.

Sisymbriū. EST enim primum hoc sisymbrium, officinarum balsamita, herba plerumq; in aquis, & locis humidis nascens, & quae facillime, ut refert Plinius libro. 19. capite decimo, in mentem degenerat, adeo suavis odoris, ut Venerem incitare certum sit, quo sit, nomine Veneris ei inditum sit, qua hisce temerrant. *Seplasiarij* poribushi omnes in coronis plerunq; utuntur, & seplasiarij male loco ne- pithe eam usurpat. De qua Galenus libro octavo citato: ita tradit: tenuum est partium, facultatisque digerentis, calfacentis, & exiccantis in tertio or- dine, quidam, semen cum uino exhibent singultientibus, torminaque pa- tientibus. Verum, ne quis nominis uicinitate decipiatur, sciendum est,

Balsamina quod balsamina, à balsamita præsenti differt: Est enim balsamina herba de qua Dioscorides nullam penitus fecit mentionem, uulneribus glu- ta differt. tinandis commodatissima, quam Hetruria Hierosolymitanum pomum vocat, Mirabile Gallia, alijs uero garantiam: quoniam, ut tradit Ruellius Gal- lis libro secundo de Stirpibus, capite centesimo uigesimoquarto, septimodo in hortis fenestris q; per cancelllos opere topiario digeritur. Ea tenuibus prelongisq; flagellis, ultro citroq; reptantibus euagatur, folijs uitis albea articulatoribus, exilibus pampinis, ex alarum sinu prodeuntibus, quibus illi- gantes sese cancellatim uicinis implicant statuminibus, flore cumeris exalbo in luteum langescente, turbinato utrinque fructu, carnosâ cute & per uersus uerrucosa, ac rigidioribus bullis intumescente, cumeris pusilli uel citrini similitudine, malo uerius ac tubere quam grandi bacca, aut folliculo: aureus maturo color, cartilago intus punicea uel lutea, sanguineusque succus, pomum maturitate dissilit, inanitasque confracto pater, semina in- tus aliquot lenticulae figura continens, ruberrima, ex quibus oleum expri- mitur, ad uulnera præcipuum. Aliqui pomum oleo prius imbutum ali- quot dies insolant, deinde uel fimo uel terra tantisper obruunt, dum pror- fuscus intabuerit, sic balsami uires glutinandis uulneribus adsciscere pollicen- tur, inde tractum balsaminæ uocabulum, mirabile pomum Gallis dicitur, quod uel pulchritudine sua uel insolita nouitate conspicientes in admirati- onem sui trahat. Haec Ruellius.

DE ALTERO SISYMBRIO.

Græce, σισυμβριον: Latine, sisymbrium alterum, aquaticum

nasturtium, aquaticum sifymbrium, criffones: Hispanice, berros, agriois: Gallice, du cresson: Germanice, Brunnenkress.

Enarratio 122.

ALTERVM sifymbriū, omnium doctorum hominum in re herbaria consensu, communes sunt cressones, sic dicti, quia facile, & cito, in aquis crescunt, folio pseudodictamni, sapore acuto, cui apta omnino herba, decuius viribus & temperamento Galenus ita differit, libro octauo de Facultatibus simplicium medicamentorum: sifymbriū quod quidam corādaminem uocant, quandoquidem cardamo mo simile quiddam gustu perfect, quem siccum est, tertij est ordinis excalcentium & delificantium: quem humidum & viride, secundi,

DE CRET HMO.

Græce, ~~κριθμός~~: Latine, crethmon, batis, baticula, crethamus, petroselinum marinum, foeniculum marinum, unguis aquilæ: Hispanice, per exil de la mar, unhas de agnula yerua: Italice, finos chio marino: Gallice, de la creste marine, de la bacille.

Enarratio. 123.

CRETHMO Nuel batis, crethamus in officinis hodie dicitur, herba ubiq̄ nota, sua sponte propemare crescens, folijs multidiuisis, pinguibus, oblongis, aquilæ ungues repræsentantibus, unde multi Hispanorum, herbam istam, unguem aquilæ appellant, quamquam alijs petroselinum marinum, uel foeniculum marinum quoq; eam nominent, ac oxelæ & sale, ut cappares condiant, & in multis orbis partes cum alijs mercibus, uenditū trahant: urlna m autem prorritat, & renum ac uesticæ calculos comminuit. de qua Galenus libro septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum, ita tradit: Gustantibus salsum est, cum paucula amaritudine, quam obrema uis eius est exiccatoria & abstensoria.

DE CORONOPO.

Græce, ~~κορωνόπος~~: Latine, coronopus, cornu cerui herba, stella la maris: Hispanice, guia belha: Italice, stella herba: Gallice, capriole: Germanice, Kraen füß.

Enarratio. 124.

Coronopus herba, quam pharmacopolæ cornu cerui, & stellam maris appellant, quæ
cornu cer-
ni est her-
ba.
Mathiolus sibip̄si con-
tradicit.

DIOSCORIDIS coronopus, hodie ab hominibus dictis ea putatur
quia multi diuisa per terram spargitur, cornu cerui dicta est, et ex ea aquama
per elambicum extrahunt. Aduertendum tamen duximus, quod coronop-
pus haec, longe à coronopo Theophrasti differt. Estenim Theophrasti co-
ronopus, herba spinosa, & cui minime apta: At de præfenti ita tradit Ga-
enus libro septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum, coro-
nopodis radix cœliacis prodeſſe creditur manducata. Cæterum coronop-
pus non est pes cornicis herba, ut quoq; Mathiolus fatetur, quanquam, ca-
pite de barachio sibip̄si contradicat, ut legenti notum euaderet.

DE SONCHO.

Græce, σόνχος: Latine, sonchus, lactucella, cicerbita, palati-
am leporis: Hispanice, serraya, sarralha: Italice, cicerbita,
crespine: Gallice, du latteron, ou palais au lieure: Germanice,
Moss/gens distel/ oder hasen föl.

Enarratio. 125.

Sonchos herba, ideo dicta est, quod salubrem fundat succum,
herba.
Cicerbita. ἀνορτοῦσσιαν: Nam ebibitus stomachi rosiones lenit, & lactis abundantiam
nutribitis subministrat, & multa alia commoda elargitur: quæ com-
muni uoce cicerbita uocatur: & interdum parua est & tenella, inter herbas
acetarium adornantes connumeratur: imò multi solam perse tantum, ace-
to sumunt: quum uero grandior sit, spinosa euadit, & minime esculenta,
sylvestri respondens. Vnde Galenus haec animaduertens dixit: ubi adole-
uerit sonchus ex spinosis plantis est. Cæterum viridis etiamnum & tener
estur, perinde ut cætera olera sylvestria. Hæc rursus illa herba est, qua mu-
stela dimicatura contraserpentem se prius munit, adeo enim salubris est,
& contra uenenum ualet.

DE ENDIVIA.

Græce, οἰχορία, νεκρόποιος, γέγη τυμπάνος: Latine, cichorium, cichorea,
intubus agrestis, intubum agreste, ambubeia, picris: Hispani-
ce, almerones, cihoria: Italice, cichoreo: Gallice, cichoree: Ger-
manice, Wegwarten.

SECUNDA SPECIES CICHORII AGRESTIS.

Græce, ἄγριον: Latine, dens leonis, rostrum porcinum,
tarraxacon: Hispanice, dente de leon hierua: Italice, gruni, ras
dice, girasole: Gallice, tarraxacon: Germanice, Pfaffenrös
lin.

ENDIVIA DOMESTICA.

Græce, ῥιζη: Latine, intubus, intubum satium, endiuia dome
stica, latifolia: Hispanice, endiuia: Italice, endiuia: Gallice, de
lendiuiie: Germanice, Endiuien.

ALIA DOMESTICA STRICTIORIBVS
folijs.

Græce, ῥιζη: Latine, seriola, scariola: Hispanice, serras
ya enuide: Italice, la scariola: Gallice, scariola: Germani. Sca
riol.

Enarratio 126.

DIFFER T endiuia à cichorea, tanquam domestica à sylvestri: Nam Endiuia à
endiuiia, domestica & hortis familiaris est, ex qua aqua & syrupus in officiis
cichorea in
ciniſ parari debent: Sylvestris uero, cichorea siue cichoreum appellatur. quibus dif
ferat.
Nam sylvestris endiuiae dictæ cichoreæ, duplex est species: quædam am
bubcia dicta, siue cichorea libere nascens, quæ ex se tricubitales emittit uir
gas, fistulosas, difficulter frangibiles, flore coeruleo, interdum albo, que ap
parente Sole panditur, & cum eo circumagit: eo uero nubilo, aut non
apparente, clauditur, & compressa uidetur, unde Ambubeiæ herbæ, aut fo
laris nomen accepit, non ideo tamen heliotropium, dicenda est, quem he
liotropium longe alia sit herba, de qua suo loco plura dicenda sunt. Secun
da uero cichoreæ species, illa est herba, quam leonis dentem pharmaco
polæ, aut tarraxacon, uel rostrum porcinum appellant, & illam uniuersa
Italia, in hortis tanquam celebre oxyporum, satam habet, quam multi
quoque cichoram appellant, & differentem à dente leonis herbam eam fa
ciunt, quum tamen eadem fere sit, & in nihil præter quam cultura diffe
rant: uocat autem hanc Plinius hedypnoem, id est suauiter dormire, som
numque irrepere facientem, non minusq; aphacam, libro uigesimo primo
kk ij

Heliotro
pium.

Aphaca dif capite decimoquinto ut Theophrastus quoq; libro septimo de Plantarū
fir ab ap phaca his toria, capite septimo. Sed aduertendum est, quod aphaca hæc multum
differt ab alia aphaca, sylvestri dicta uitia, de qua brevi sumus dicturi. Do
mestica uero endiuia duplex est, altera latifolia, hortis familiarissima, 88
Endiuia do quæ terra obruta, alba redditæ, hibernis mensis, oxelæo & sale, cruda, & co
mestica la. Etæ anteponitur, quanquam unitersa Hispania, sic paratam eam nunquæ
tifolia alba quod sciam, uiderit, quam aliqui endiuiam, alijs uero cichoream uocant.
fit. Altera uero arctioribus folijs endiuia, à seriseriola, postea uero scariola
Endiuia de nuncupata est. Cæterum, ab intybo siue intyba, corrupte endiuia deducta
riuatio. est, cuius omnes species in amaritudine conueniunt, maius & minus, un
de proverbiu, intyba successit ambrosiæ, & illud Virgilianum, amaris
intyba fibris. De quarum uiribus, ita differit Galenus, libro octauo de Fa
cultatibus simplicium medicamentorum: Seris, holus est subamarum, &
magis quod agreste est, id namque est frigidæ & ficcæ temperaturæ, secun
do excessu. At domestica magis quam agrestis refrigerat: Porro utræq;
stringentis qualitatis est particeps, ut condriilla, que est etiam sereos species.

DE CONDRILLA.

Græce, ~~κονδρίλλα~~: Latine, condriilla: Hispanice, Lusitanice,
leitugas, lechugas dentre los planos: Italice, lattaiuola, latte dan
gelli: Gallice, du lettron: Germanice, Klein sonnen würbel.

Enarratio. 127.

Condriilla. EST proculdubio condriilla, intybi species, qua de causa Galenus capi
te citato, de ea simili cum alijs mentionem fecit, quanquam tamen libro
secundo de Alimentorum facultatibus, ipse non inter seres, id est intybos,
eam connumeret, sed potius capite de lactuca, lactucae condriillam olus si
mile facit: quo sit, nostri Lusitani, herbam istam in hunc usq; diem lactu
cam appellant. Nascitur enim inter segetes, & uineas, & alijs locis quoq;
qua acerariajuice mulieres & homines rustici utuntur. Inest autem huic co
drille, folium endiuæ simile, lac ex se quum rumpitur mittens, cui quoq;
altera species similis ubiq; cernitur, ea dē fere cum intybis uires obtinens:
dicitur autem condriilla ista, ab Hispanis, lactuca inter segetes nascens, ut
differentiam inter uulgarem lactucam, & istam de qua agimus, faciant.

DE CUCURBITA.

Græce, ~~κοκονύτης~~: Latine, cucurbita: Hispanice, lacas
labaca: Lusitanice, abolara: Italice, succa: Gallice, une courge:
Germanice, Kürbs.

Enarratio 128.

COLOCYNTHÆ, ea est cucurbita, quæ in cibi usum quotidie uenit, & Cucurbita, multiformis conspicitur aliquando uentrosa, sic dicta quia in uentre mule tum turgescit, nonnunquam curua, quandoque uero tantæ longitudinis, ut modo nouem modo decem pedum uisa sit, quæ sepe (natura artifice) ita eueniunt, quandoque uero ab hortulano uinculo formantur, & singuntur, quum cucurbitæ qua coguntur forma, crescunt, ut in harundine oblonga experti sumus, quæ secundum harundinæ longitudinem creuere: unde me rito, cucurbita à curuatura dicta est, quia facile in quamuis figuram deme pro impedimento curuari possunt, non minus quoque in amplis uasculis immisæ, uentrosæ fiunt: Sic ornatae, ut postea maturis, & siccis, ac inanitis, uasorum uice, utantur. Vnde Plinius Naturalis historiæ libro, dixit, nuper enim cucurbitarum usus uenere, urceorum uice, iam pridem etiam carorum ad uina condenda. Columella quoque de media inquit parte cucurbitæ, semen inuerso cacumine ponito, ut fiat incrementi uastioris, nam sunt ad usum uasorum satis idoneæ, quod hodie in usu uidemus, atque ipsis precipue utuntur, qui per estatem atque ardores maximos in agris negocian tur. Medici nostri temporis cucurbitam, pro bona uictus ratione febricitantibus preuent, quum humidæ ac frigidæ potestatis sit: meo tamè iudicio, repurgato uentriculo, edenda cucurbita est, quia facilliime in eos conuertitur humores quos stomachus in se continet, ut author est Galenus libro Cucurbita de Facultatibus alimentorum capite 3. qui quoque libro septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum ita eius persequitur uires. Humida purgato & frigida est in secundo ordine cucurbita, quare succus eius rofaceo ministerio stomacho aurum dolori contracto explegmone, est utilis: præterea restinguit edenda est: sitim.

DE SATIVO CUCUMERE.

Græce, ^{οἰνός} Latine, cucumer satiuus, cucumis: Hispanice, cogombro: Italice, cocomero, Gallice, cocombre, Germanice, Cucumern.

PEPO.

Græce, ^{πεπίνης} Latine, citrullus, pepo: Hispanice, pepinos: Longobardice, cocomero, citruolo: Gallice, citrullo: Germanice, Citrullen.

Enarratio 129.

Cucumer. CVCVMER, non ubiq; satius reperitur, qua de causa multi non sine
ingenti errore, citrullum quem peponem esse certo scimus, cucumerem
appellant, uulgarium forsitan uoce seducti, qui in Italia fere uniuersa, &
Flandria ac Germania, citrullum cucumerem uocant, sed ut dixi, non si-
ne magno, ne dicam pudendo errore, inter quos nouissimus extat Mathio-
lus Senensis, in suo Dioscoride Herrusca lingua confecto. Estigatur Græ-
corum cucumber, siue cucumis, dictus sic, ut Varroni placet, quia facile cur-
uat, baculi crassitudine, colore uiridi, longitudine cubitali, & maiori,
præsertim, si in flore existens, in fistulam mittatur: tunc enim ut tradit Plini-
nius libro 19. capite 5. mira longitudine, & ad fistulæ complementum cre-
scit: & hac de causa Columella anguinum cucumerem eum appellat, quia
oblongus, crassus, atq; instar anguis flexuosus sit. Nascitur enim in simili
planta, qua cucumber sylvestris oritur. Cæterum est cucumber, natura frigi-
dus & humidus, appetentiam concumbendi minuens, unde sycis à Græcis
dictus est. Hinc de cucumere (quia textrices magna ex parte impudicæ sunt)
adagium ortum est: texens pallium mulier, cucumerem deuoret. Raro in
Lusitania cucumber uidetur: Secus autem in altera parte Hispanæ, præcis-
pùè apud Salmantenses, ubi in magna cernitur copia, hirsutus, colore
omnino uiridi, longitudine cubitali & curua. At pepo is est, quem officina
ob colorem citri, in maturitate acquisitum citrullum appellant, Græci uero
illum ~~πίταν~~, id est maturum, Graia uoce dixerunt, quam uocem Hispani
uel hodie seruantes, nulla immutata litera aut syllaba, illum quoq; peponū
uocant, & eius supremam partem concisam, fronti æstus hora, in qua il-
lum plerūq; comedimus, tanquam refrigerantem, admouemus, quod o-
lim quoq; à Græcis fieri Dioscorides inuere uidetur. Vescimur enim pepo
ne Hispani, dum uiret: nam postquam maturuit, & colorem luteum, citri
maturi contraxit, tanquam cibo inutilem reijcimus, si quid tamen illius co-
medendum sit, eius suprema & cartilaginea pars tantum pro uictu, reiecta
eius medullari parte, accipienda est: ut apud inferiores Germanos plerūq;
sit, qui peponibus ijs, non nisi maturis, contra Hispanorum consuetudi-
nem, in uietu utuntur, quorum medullarem & interiorem partem, in qua
semen continetur, tanquam improbam et malam reijcunt, suprema & car-
tilaginea illa, crebris uerrucis ornata parte, contenti, qui mos apud Græ-
cos quoq; fuit, ut ex Galeno deprehenditur, lib. 2. de Alimentorum facul-
tatis cap. 5. ubi inquit: huc accedit, quod in peponibus homines à carne
Mathiolus intima in qua semen habetur, abstinent. Sed haec ignorans Mathiolus, ni-
hil in hoc capite præter alios uellicare facit. Subdit quoq; Galenus eodem
erat.

loco, in melopeponibus autem mandunt, id est carnem interiorem, pro quo Melopepos
scire licet, quod melopeones, hodierni sunt melones, quorum uarietas nes sunt me
ingens est, quum alij cortice subtili teguntur, alij uero crassiori, & tardi-
us maturi sunt, quos Clodienses (Venetijs prope Riuumaltum) uenden-
tes, peponas appellant: alij autem intus sunt rubri, & illorum quidam mu-
schatelli dicti, odore & sapore præstantissimi, ut apud Lusitanos, Abranti-
ni dicti, ab oppido Abrantes dicto, quod Tagus aurifer præterlabitur, qui
bus Neapolitanis respondent. Alij autem sunt albi, & illorum nonnulli hie
males dicti, quia per uniuersam hiemem suspensi in domibus seruantur,
apud Salmanticenses frequentes, qui quoq; e Græcia in Italiam hodie ad-
uehuntur. Sunt quoq; præter istos, melones aquei dicti, quos angurias Anguria:
multi appellant, alij uero, bateccas, Turcæ, carpuzes. Thusci, præter om-
nem loquendi consuetudinem, cucumeres nominant. Dicuntur uero melo-
nes aquei, quia intus aquam habent, quam cum interiori substantia, adie-
cto succharo Mauri & Turcæ, uigente estu, pro refrigerandis uentriculis,
in continuo uictus usuhabent, magnæ enim sunt anguriae istæ, uentrosæ,
lucidæ, colore uirides, quanquam nonnullæ paruæ reperiantur, multis ua-
riegatae coloribus, quarum omnium, interior pars dulcis admodum est,
qua febricitantes, sitim arcere conantur. Sunt præterea, ut plures alias pre-
teream species, Saracenicæ quædam, uel Transmarinae dictæ cucurbitæ
quas nonnulli pepones appellant, aliæ exterius albæ, aliæ uero subluteæ,
omnes crassi & pessimi nutrimenti: & ea de causa à rusticis in hieme tan-
tum comeduntur, Frigidæ enim & siccæ, temperatura sunt, ueluti priores
omnes species, quas crudas comedere solemus, frigidæ & humidæ, in se-
cundo gradu: Attamen, si quis aut semen aut radicem arefaciat, haud etiam
humidæ fuerit naturæ: sed iam desiccantis, idq; in primo quodam ordine,
aut in secundo incipiente, ut latius Galenus dixit libro citato de Facultati-
bus alimentorum. Porro, cucurbitam ac omne genus peponis uel eorum
semina, saccaro hodie condiri, magno ægrotantium oblectamento, uel to-
sores norunt, nedum aromatarij.

DE LACTUCA.

Græce, spida: Latine, lactuca: Lusitanice, alfacè: Hispanie-
ce, lechuga: Italice, lattuca: Gallice, une lactue: Germanice,
Lattich.

Enarratio. 150.

DICITVR lactuca, ut Palladio in Ianuario placet, quod abundantia
lactis exuperet, quod quidē lac uentre mouere leuiter, olim credebatur,

Lactuca.

quare apud ueteres, in primis epulis ueniebat, ut Martialis sequenti carmine testatur, quum dicat. Prima tibi dabitur, uentri lactuca, mouendo Utalis; de qua quoq; ille dixit, Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum; Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes? Sylvestris uero longiori caule in campis nascitur, folio satiuæ simili, sed spinoso, præsertim quum ad complementum peruenit, Satiuæ uero quæ in uictus usu quotidie uenit, ut refert Galenus, humidum frigidumq; est olus, non tamen extreme. Dicenda igitur lactuca, humida, & frigida est secundum aquæ fontanæ frigiditatē, & ut libro secundo de Facultatibus alimentorum legimus, hoc olus, suc*ci* est quām alia omnia laudabilioris. Nam quum reliqua omnia sanguinem gignant paucissimum, ac prauis succi, lactuca non multum quidem generat, id tamen nec mali succi est, neq; omnino laudabilis. Porro dum essem iuuenis, uentriculusq; mihi infestaretur bile, lactuca qua ipsum refrigerarem utebar; quum uero ad ætatem declinantem perueni, hoc ipsum olus fuit mihi contra uigilias auxilio, quæ senibus esse annexæ uidentur. Habet itaq; lactuca succum quidem frigidum atq; humidum, minime tamen prauum, quare nec concoctioni resistit, nec perinde ut reliqua olera, uentrem cohibet sicuti neq; etiam prorritat.

DE GINGIDIO.

Græce, *r̄mido*: Latine, gingidium, chærefolium: Italice, cesrefolio herba: Gallice, du cer fueil: Germanice, Kerbelkraut.

Enarratio 131.

Gingidium R E C T E mea sententia, Ruellius Gallus, & post illum Fuchsius, in suo chærefoliū herbario, gingidium chærefolium esse, opinati sunt, quum reuera inter se maxime conueniant, est igitur gingidium chærefolium, herbula, non diu in Syria, & Cilicia in Italiam aduecta, & inde in alias regiones transporata. quamquam ad Hispaniam nondum quod sciam peruererit, sylvestri pastinacæ similis, tenuior, tamen, & amerior, & culinæ satis commoda, radice sub albida, aliquantulū amaricante, floribus candidis, semine in siliquis exiguis, oblongo, angusto, et acuminato, que ideo chærefoliū dicitur, quod folijs luxuriet. Quod uero Hispani, herbulam hanc, in hortis suis hucusq; satam nō habeant, id in causa mihi esse uidetur, quod coriandro uiridi maxime utantur, id ferculis quotidie infundendo, quod tamen uniuersa Italia, & Germania, ac Gallia, respunt, & tanquam noxiā herbā horrent, cuius loco hāc amplexantur, chærefoliū dictam, que in uniuersum alia est, ab ea quam Plinius chærefolium appellat. Huius porro uires, Galenus lie-

bro 2. de Facultatibus alimentorum, capite quinquagesimo quinto: & se-
xto libro, de Facultatibus simplicium medicamentorum, enarrat, dicens: Chærefolie
Gingidium gustu amarum & astringens quum sit, temperie calidum frigum Plinius
dumq; uidetur: Secundum uero utramq; qualitatem, desiccatorum est, ce differt ab
teria porro, stomacho amicum existit. hoc præsen-
ti.

DE SCANDICE.

Græce, ονάρδης: Latine, scandix.

Enarratio. 132.

SCANDICE M gingidio similem herbam, nobis diligentissimus uir Scandix.
Ioannes Falconerius Anglus, primo Ferrariæ indicauit, nec enim illam Ioānes Fal-
alijs nominibus appellari nouimus, qua de causa nomenclaturas alias nō conerius
adiecimus. Anglus.

DE CAVCALIDE.

Græce, καυκαλίς: Latine, caucalis herba, daucus agrestis:
Hispanice, queyones, ierua: Italice, pitrosello saluatico: Germanice,
Rauch bibernell.

Enarratio. 133.

A DE O caucalis herba, daucum refert, cum figura, tum foliorum inci- Caucalis
sura, & umbella, ut merito daucus sylvestris à multis appelletur. Nascitur herba.
enim hęc cubicz, in aruīs, folio inferiori petroselino simili: superiori uero, in
ciso, minuto, ut in scenicula, cernitur, unde ab Italise, petroselinum agreste,
herba ista dicta est. Præterea, huic similis folio & umbella alia est herba,
caule hirsuto, cuius radices rotundae, nucum magnitudine sunt: exterius
nigræ, intus uero albæ, & esui aptæ, quas pueri in Hispania, frequentissime
me comedunt, & eas, eadem uoce, qua iuncum auclanam appellari dixi-
mus uocant, nusquam quām in Hispania à meis: nec mirum, quum, ut
ait Virgilius. Nec uero terræ ferre omnes omnia possunt. Ceterum de cau-
calide, ita prodit Galenus libro septimo, de Facultatibus simplicium me-
dicamentorum, quidam daucum sylvestrem nuncupant, est enim ei adsi-
milis gustu simul ac uiribus, excalfacit enim ut ille & desiccat, tum urinam
tier, & muria ad repositionem conditur.

DE ERVCA.

Græce, ερύκη: Latine, eruca, salax eruca: Hispanice, arugua:
Italice, rucola, rucheta: Gallice, de la roquette: Germanice,
Weiß senff.

Enarratio. 134.

Eruca.

E R V C Atam domestica quām sylvestris communissima est herba, quae plerūq; in acetarijs uenit, & ideo eruca dicitur, quia in gustu erodat: euozmos uero, quia iura commendet, dergillis gratum saporem, Venērem enim eruca mouet, qua de causa, à poëtis salax eruca appellatur: de qua Galenus libro secundo de Alimentorum facultatibus capite quinquagesimo tertio, ita inquit: hoc oīus manifestissime calfacit, semenq; gignere creditur, & coeundi excitare appetitum, capiti etiam dolorem infert, præsertim si quis ipso solo uestescatur. hactenus Galenus. Quibus, tu adde, modo quo eruca uestescitur, calidus temperatura sit, quum si frigidus fuerit, tantū abest ut illi dolorem capitatis inducat, ut potius magnum adducat iuuame.

DE OCIMO.

Graece, *ωνιπορ:* Latine, ocimum, basilicon regium, ocimum gas riophyllum: Hispanice, albabaca: Italice, basilico, basilico gentile: Gallice, du basilic: Germanice, **Basilig.**

Enarratio. 135.

Ocimum.

NON solum in hortis satum ocimum uidetur, sed passim ad fenestras figulinis uasis repositum, quod mulieres ob fragrantissimum quem habet odorem fouent, unde ocimum ab *ωνιπορ* quod est redoleo, deductum est. Reperitur enim gariophyllum dictum suauioris odoris, sic dictum quod nescio quid gariophylli redoleat. proprie uero basilicon minutis folijs ornatum, acinos est, de quo tertio libro sermonem faciemus. Cæterum in ocimi uiribus multi dissident, Galenus tamen cui habenda fides est, sic de eo libro octauo, de Facul. simplicium medic. tradit: Ocimum ex secundo est ordine calfacentium, habet autem recrementitiam humiditatem, proinde nec commodum est, quod in corpus sumatur: cæterum foris illitum ad digerendum & concoquendum idoneum est. At Simeon Sethi, de eo ita quoq; iudicium suum fert, quum dicat, basilica ocima, olfacta, cor, & caput, iuvant, si aqua irrigantur humidiora fiunt, & somnum conciliant, se men eorum cardiacis affectibus succurrerit, animi mcerorem ex atra bile ostendam, in hilaritatem & lætitiam mutat.

DE OROBANCHE.

Graece, *ιεροβάνχη:* Latine, orobanche, eruia angina: Hispanice, yerua aqua: Italice, herba lupa, coda di leone, herbatoria, berba uacca: Gallice, teniam: Germanice, **Sommerwurz.**

**Acinos
quid.****Simeon
Sethi.**

Enarratio. 136.

NASCITVR orobanche inter legumina, hordeum & canabim, peda Orobache
lis altitudinis, caulinus, & minoris, ad ruborem declinans, sine folijs, caulinus
hirsutus, pinguis, tener, asparagi modo crassus, flore subrutilo, ad album est.
declinante in totum hypocysti similis, nam radix illi, tenera, pollicaris crass
itudinis est. Orobanche ex maleficio nomen traxit, quod uidelicet, legu
mina, praeципue orobum, inter quae nasci diximus, stranguler, non illis, se
circumligando, ut Theophrastus dixit, sed tantum inter ea nascendo, ut ex
perientia indicat. Dicitur uero herba haec, à nonnullis, herba tauri: ab alijs
autem herba uaccæ, eo quod uacca quum eam comedit, illico ad taurum
accedit, non minus quoq; cynomorion appellatur, quod canis genitale
membrum referat, nam una parte crassa uidetur, alia uero subtilis. De qua
ita Galenus libro octavo, de Facultatibus simplicium medicamentorum
inquit, breuissime, siccæ frigidæq; temperaturæ est, in primo ordine.

DE TRAGOPOGONE.

Græce, ῥάγοπον: Latine, tragopogon, barbula hirci: Hispa
nicae, barba de cabron, yerua, nozelhas: Italice, saffrica: Ger
manice, Bocksbart.

Enarratio 137:

EST dubio procul herba haec similis omnino herbæ croci, præsertim Tragopos
illa flores purpureos emittens: nam altera luteos potius flores producit, gon.
sed utriq; radix est parua, bulbosa, aliquantulum oblonga, auellanae mæ
gnitudine, dulcis, esui apta, quam pueri in Hispania in campis eradican
tes, à similitudine paruarum nucum, nozzellas appellant, & illarū esu ma
xime oblectantur. Dicitur enim herbahæc barba hirci, quia in calice, ne
scio quid hircinam barbam representet, quanquam Hermolaus Barbarus Hermolaus
taxatur.

DE ORNITHOGALO.

Græce, ῥάγον: Latine, ornithogalum, lac gallinaceum: Hi
spanicae, leche de gallina yerua: Italice, latte de gallina: Gallice,
churlos: Germanice, Klein erdtmuss.

Enarratio. 138.

SCATENT uniuersi campi sceno referti, ornithogalo herba, Diosco
ridis picturæ omnino respondent, Nec minus quoq; inter segetes reperi galon.

tur herba hæc, sine folijs caulem producens, tenerum, subtilem, tribus quæ tuorue agnatis, & ipsis etiam tenellis, ex quibus flores prodeunt primo aspectu albi, sed postea penitus introspecti, exterius herbaceo, intus uero tantum lacteo colore deprehenduntur: in medio quorum postea tanquam in pillula semen seruatur, pistrinæ accommodatum, quum id panibus tanquam melanthium iniçiant: Radices quoq; huïus herbæ dulces sunt, bulbosæ, in uictus usu quotidie uenientes, non minus ac castaneæ, quas rustici deficiente annona, non prætermittunt, famē, crudis & coctis propulsantes.

DE TUBERIBVS TERRÆ.

Græce, ἕριν: Latine, tuber terræ: Hispanice, turmas de terra: Italice, itartufi, taren sola, zunesta: Gallice, trufla: Germanice, Morchelen.

Enarratio 139.

Tubera.

PART intra se tubera tellus, sine caule, sine folijs, alijsue agnatis, quæ pessimum & terrestrem præbent nutrimentum, & ut tradit Auicenna neruis & stomacho inimica sunt, qua de causa, consulto iure carnium pinguium tubera elixanda sunt, uel ut Platinæ libro de Obsonijs placet, uino lota subcineribus coquenda sunt, ac sale & pipere aspersa, adhuc calida in cōuiuijs, post esum carnium comedenda, Erumput enim, ut obiter hoc dicamus, tubera tonitru, unde Aquinas poëta dixit: & facient lautas optata tonitrua coenas.

DE HORTENSI SMILACE.

Græce, σμιλαξ: Latine, smilax hortensis, phaselus: Hispanice, feyones: Italice, fagioli, faseli: Gallice, phastole: Germanice, faselen/Welsch bonten.

Enarratio 140.

Phaselus.

ADEO clare phaselus uulgatissimum legumen à Dioscoride in præsen-
ti describitur, ut non multis opus sit comprobationibus. Nam renum figura
legumen hoc cernitur, aliquando rubrum, aliquando uero album, non
nunquam quoq; nigro colore compunctum. De quibus omnibus hic Dio-
scorides simul agit, non uero, ut quidam putat, de uno tantum genere, plus
ribus variegato coloribus, quod hodie, Italia phaselum Turicum appelle-
lat, ut capire centesimo primo, abunde diximus. Cæterum coquuntur ho-
die in Italia pro cibo, teneræ ac uirides cum semine phaselii siliquæ, ueluti
quoq; olim fieri Dioscorides meminit. Cæterum, flatuosum nutrimentum
phaselus gignit, nec omnino malum.

DE MEDICA HERBA.

Græce, ^{μαδινη} Latine, medica herba: Hispanice, alfalse, erucaya.

Enarratio. 141.

HAE C non ubique prouenit herba: at in regno Valentino apud Hispanos, abundantissime crescit, ubi quoque illius serendæ diligens, pro saginantis iumentis cura habetur, quam Arabica uoce, alfalse, uel alfafasat appellare solent, in Gallia quoque eam nasci Ruellius est author, ubi trifolium magnum, aut potius Burgundia trifolium appellari tradit. Dicitur tamen herba ista Medica, quod ex Media, in Italiam olim adducta fuerit, ubi quoque magna diligentia, pro iumentorum pabulo serebatur, sed nunc quodnorum uerim, uniuersa Italia ea caret.

DE APHACE.

Græce, ^{ἀφάκη} Latine, aphace, sylvestris uitia: Germanice, Feldwicke.

Enarratio 142.

NASCITVR in pratis & prope sepes aphace herba, caule quadrato, folio lenti, aut campestris eruiliæ, flore subrubro, sed postea siliculosas quasdam emitit paruas, in quibus semen, ad speciei conseruationem recondit. Nam aphaca, apud Theophrastum longe alia est herba, utpote cichoreæ altera species, quam dentem leonis, aut tarraxacum, uel altarraxacum appellari diximus. Porro Fuchsius in præsenti errat, quum aphacen, os mundi, folia maiora habet, filicis modo alata, herba in altum crescens, & ea de causa, à multis species etaculi gratia in hortis sata habetur: Hodie uero aphace, in Hispania non seritur, quia ubique, & in omnibus campis, præcipue sceno refertis sua sponte nascatur, ut audio tamen, in nonnullis Italiae locis, illius, non minus ac alterius cuiuscumque leguminis cura serendi habetur, de qua Galenus libro 6. de Faculta. simpl. medic. ita inquit: Aphace astringit, editurque ut ipsa lenticula, ægrius tamen concoquitur: Cæterum ualentius desiccatur, & moderatus calor is est, cetera uero legitio lib. 1. de Facultatibus alimentorum cap. 36.

DE PORRO CAPITATO.

Græce, ^{πάροντα πάρωντες} Latine, porrum capitatum: Hispanice, puerros: Italice, porri: Gallice, poureaulx: Germanice, Lauch/ schnitlauch/ obryzlauch.

Enarratio 143.

Praſum P R A S V M, porrum est, praſum uero marrubium, cuius inaduententia porruſest. Plinius quandoque lapsus fuit. Agit igitur Dioscorides de porro capitulo, non quidem quod ab alijs communioribus radices habentibus longas, differat: sed potius, quia olim in iſto capitato, maior suauitas & teneri tudo quam in ceteris, percipiebatur. Parabatur autem porrum capitatum, id est, capitis latioris, utpote cepè modo incrementum habens sequenti modo: quum enim transplantabatur, folia à radicibus auferebantur, ac subtus parum tegulae, aut cuiusluis alterius testae ponebatur, ne porri radix in altū cresceret, sed magis cepè modo lata fieret, de quibus, & cepis, ac allijs, Galenus libro secundo de Alimentorum facultatibus capite ultimo sermonem fecit, cum dicit: corpus enim calefacit, & crassos in eo humores extenuat, glutinososque incidit, bis tamen aut ter in aqua decoctum, acrimonia solliatur, quanquam nec sic quidem vim perdit extenuandi. At Simeon Sethi, porrum calidum & siccum in secundo ordine constituit, dicens quoq[ue], urinam cit, & malis succi est, assidue comedendum uisus hebetudinem efficit, difficultia inuchtis somnia, & stomacho nocet, genitale semen calefacit, & capitis dolores excitat, iecur, renes, & uescam ledit, confert ad hemorrhoias, bis uero aqua coctum & acero, & garo & oleo, cuminoque conditum, salubre est, ijs qui frigido sunt stomacho.

DE AMPELOPRASO.

Græce, *ἄμπελος πράσινον*: Latine, ampeloprasum, uinearum porrum, agreste porrum: Hispanice, ayos de las uinhas, puerros de las uinhas: Italice, porro saluatico, porranello: Gallice, por eau fauluagez. Germanice, Wildlauch.

Enarratio 144.

Porrum uinearum DICIT VR ampeloprasum, quod in uinetis frequentissime nascatur, quo rustici allij loco uescuntur. Duram enim substantiam ampeloprasum habet, & acutum exspirat odorem. De quo Galenus libro sexto de Facultatibus simplicium medicamentorum, ita inquit, ampeloprasum, si inter alium & prason, hoc est, porrum, medium quiddam concipiās, facultatem ampeloprasī inueniris. Estenim agreste ut sic dicām porrum, quam obrem & acrius eo & siccus est, sicut agrestia omnia reliqua hortensisibus, ac propter de stomacho quam illud nocentius, sed & crassos & lento humores potenter incidit, ualentiusque in farcta organa obstructione liberat, hac quoque ratione, urinas s̄epe prouocauit, ubi à crassis & lentis retinebantur humo-

tibus, adeo uero est calidum, ut illitum cataplasmati modo exulceret. Di-
ctum autem est antea, quo d quæ eum in modum sunt calida, extremi sine
ordinis. Hæc Galenus: in quorum uerborum primordio, anima aduenten-
dum duximus, quod Galenus, ampeloprasum uiribus constituit inter alli-
um & porrū, quum tamen hæc potius scorodopraso, hoc est allio porro, q
ampelopraso, uineto porro, conueniāt: quæ quo q Gal.lib. 8. eiusdē citati uo-
luminis confirmauit, quū dixerit scorodopraso, sicut gustu & odore mea-
diam scorodi, hoc est allij, & prasid est porri, qualitatē possidet: ita & uiris-
bus, unde prima illa uerba, capititis ampeloprasi, addita superesse pro firmo
crediderim.

DE C E P A.

Græce, Κεπα: Latine, cepa, cepe: Hispanice, cebolhas:
Italice, cipolle: Gallice, oignon: Germanice, Zwibel.

Enarratio. 145.

C E P A lachrymosum olus, ubique uulgatissima est, cuius dulcis &c.
Cris ac media, ueluti rubra & alba reperitur, quæ quoque inter bulbos re-
ponitur, imo Celsus omnia capitata olera, uel quorum radices in uictum
ueniunt, inter bulbos reponit, ut capite descilla quoque meminimus. Ex
quarto enim ordine excalcentium cepa est, ut tradit Galenus, libro septi-
mo de Facultatibus simplicium medicamentorum, de quo certe haud ad-
mirari non possum, quum cepam in quarto collocet gradu: scillam uero
medicamen uenenosum in secundo tantum. Ceterum, cepa ut Simeoni Se-
thi placet, lotium cit, & semen genitale gignit, cibi appetentiam excitat, ca-
pitis dolores facit, & stomacho officit, rationem etiam ut aliqui ferunt iae-
dit: si uero coquatur, plurimum malignitatis deponit, & utilis fit ad thora-
cis asperitates, & tuſſes, haemorrhoidas imposita aperit, & cum acero inun-
ctum, alphos extergit, et si autem crassarum partium substantiam habeat,
humores tamen crassos & lentes extenuat, uentriculum uero inflat, si cre-
brius quis ea utatur, in lienis uitia incidit.

DE ALLIO.

Græce, ἄλλιον: Latine, allium, scorodon, rusticorum theriaca:
Hispanice, ayos: Italice, aglio: Gallice, ail, ou aux: Germanice,
Knoblauch.

Enarratio 146.

S C O R O D O N quasi ~~σκόραδον~~ ^{σκόρον} id estrudē rosam, quod aspera supra mo Scorodon
dum redoleat, dictum puto, & allium, quod exiliendo crescat, honestum allium,

ac gratum rusticæ plebi obsonium est, adeo ut à Columella libro secundo, inter hortorum delicias numeretur, & à Galeno rusticorum theriaca, siue rusticorum antidotum appelletur, quo'd ad allium tanquam ad sacrum antidotum & theriacam, quum male sint affecti, concurrent: cuius à Dioscoride in præsenti duo describuntur genera, Hortense siue domesticum:

Anguinum allium. alterū uero sylvestre quod Græci ophioscorodon, id est anguinum allium uocant, sua sponte in aruis crescens, folio prælongo, tereti, intus concauo, iunceam speciem repræsentante, radice uero domestico non absimili. Ter-

Vrsinum allium. tium autem genus, præter hæc duo citata comperitur, ursinum dictum, in nemoribus nascens, & nunc hortis Italæ familiare factum, folio persimili

Allium an in peste cōueniat. illo conuallis, flore multiplici, albo, odorem allij respirante, radice uero tenui. Cæterum an allium pestilenti morbo conueniar, & in eo tuto dari pos-

sit, dubium est: cui quæsto facile respondemus, quo'd in præscrutatione pestis, allij uti, optimum est consilium, quanquam Abinzoarem oppositum asseuerantem uidea mus: sed reuera, allium ueneno aduersari, & optimum esse antidotum, non solum comedunt pro pestis præseruatione, sed etiam

ut ex eo conficiatur rubicans emplastrum in bubone pestifero certum est. Verum allium in curatione morsus uiperæ multum ualere, omnes tradūr,

& nos ipsi experientia comprobatum habemus: quo sit, Auicenna Fen-

sexta, quarti libri, capite trigesimali tertio, quo de uiperæ morsus cura agit, emendandus ueniat, quum loco alliorum, Interpres somnum ineptissime

interpretatus est. Vocabum forsan Arabicarum affinitate deceptus: Nam tau-

mi Arabes allia uocant, naumi uero somnum. Quum igitur Auicenna di-

cat, quod affectus uiperæ morsu, utatur si possibile est, allij & uini multitu-

dine in potu, quum omnem excedat curationem, medicamē hoc interpres,

non alliorū & uini multitudine, utendū dixit, sed potius somni & uini quā-

titate: qui sane error uitæ humanæ periculosisimus est. Proinde Auicenna

in eo loco ut diximus, emendandus est. Allium authore Galeno libro octauo de Facultatibus simplicium medicamentorū, desiccatur & excalfacit quar-

to excessu. Porro, ophioscorodon, agreste alliū est, domesticum ualentius, ceu

reliqua agrestia omnia. Sed hæc scorodo sunt dicta: nam scordion her-

ba, longe alia res est, de qua suo loco plura dicturi sumus.

DE SCORODOPRASO.

Græce, οφιοσκόροδος. Latine, allium porrum, allium Turcis-

cum, allium Thurcarum: Italice, aglio de Turchi; Germanice,

Feldknoblauch.

Enarratio 147.

SCORODO prason herba, à natura producta est, non uero ab holito. Decipitur re ex allio & porro composita, ut Marcellus Virgilius putat. Nascitur in Marcellus aruis folijs porri, quæ & in hortis iam hodie spectaculi gratia cernitur, & Virgilius. illam Turicum alliū uel Turcarum porrum appellant, allij & porri uires possidens, ut de eo testatur Galenus loco superius citato dicens: Scorodo prason, sicut gustu & odore medium scorodi hoc est allij, & prasid est porri, qualitatem possidet, ita & uiribus.

DE SINAPI.

Græce, σινάπι. Latine, sinapis, sinapi, napi, semen sinapis: Hispanice, mostarda, mostaza: Italice, senape: Gallice, seneue: Germanice, Sam oder garten sensif.

Enarratio 148.

SINAPIS ut Athenæo placet, hic dicitur quod olfactu suo luminibus Sinapis officiar, cuius duo habentur genera. Alterum, caulem habens hirsutum, longum, ramosum, folia rapi, minora tamen & asperiora, flores luteos, si liquas rotundas ac hirsutas, plena semine paruo, minuto, & candicante. Alterum uero hirsuto quoqe caule præditum est, minore ramen, folijs eructe, sed maioribus & latioribus, ac laciniatis, floribus albicantibus, crucisqe effigiem referentibus, silique teretibus, & oblongis, semine pullo rufescenteue refertis. Ceterum, ex sinapi, adiecta panis medulla & aceto, conditum paratur, pro bubula potissimum & duris pescibus comedendis, ac commodatum, non minus quoqe ex musto rubro & sinapi, apud Gallos frequentissime quoqe concinnatur, ueluti expomis sinape, cinnamomo & melle, est enim sinapis semen calidum & siccum quarto ordine, ex quo fina pismus ad exulcerationem paratur, ut Galenus ex mente Archigenis li- Sinapis tenuis de Locis affectis meminit, oleum porro ex eo confectionum in officinis peratur.

DE NASTVRTIO.

Græce, νάστυρτος: Latine, nasturtium, cardamum, cynocardiasnum: Hispanice, nasturcyos, malpica: Italice, agreto: Gallice, du cresson, alenois, du nastort: Germanice, Gartenkressen.

Enarratio 149.

NASTVRTIVM appellatum est, à naribus torquendis, quod odo- Nasturtium. re & seminis acrimoniam sternutamenta prouocet, cuius genera sunt duo, syl-

Nasturtium uenerem in citat.
Plinius erat.

uestre & domesticum: de sylvestri paulo antea diximus libro primo, capite de hiberide siue uicetoxicō: nunc autem de satiuo, siue domesticō sermo habetur, quod egregie inter olera prouenit, & Venerem stimulat, quanquam Plinius libro uigesimo, capite decimotertio, illud eam inhibere contendat, non absq; errore tamen, ut experientia quotidiana docet. De quo Galenus lib. septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum ita prodiit: Nasturtij semen, ad uentris facultatis est particeps, ueluti nappy. proinde omnia quæ rubrificationem postulant, eo excalfaciunt: miscetur quoq; remedij quæ exhibentur asthmaticis, tanquam ualenter crassos succos incidere ualeat: porro & herba arefacta semini similem facultatem sortitur: nam quæ humida est, & uiridis, multis numeris inferiorem.

DE THLASPI.

Græce, θλασπί. Latine, thlaspi, capsella, scandulaceum, sinapi rusticum, nasturtium teclorum: Hispanice, Lusitanice, panique so de flor blanquo yerua: Gallice, seneue sauluage: Germanice, Besemkraut.

Enarratio 150.

T A N T A est thlaspis herbae similitudo, cum ea quam officinæ bursam pastoris appellant, ut nonnulli herbariorum, eam quoq; bursam pastoris nominauerint: At reuera inter se multum differunt, quum folia in thlaspi de diuisa in sumitate esse uideamus, crassa, stricta, longitudinis digitalis, saporis acuti, non insuavis. Vnde sit, quod pueri Hispani illis uescentes, pa nem & caseum, herbam istam appellen: accedunt ijs, quod flores thlaspis, albi semper sunt: in bursa uero pastoris, plerunq; lutei conspiciuntur. Semē quoq; in thlaspi, rubrum acutū, & latum percipimus, ut eas inter se, ut uiribus, ita & figura differentes dicamus. De qua Galenus lib. 6. de Facultatibus simplicium medicamentorum ita tradit: Semen eius facultatem acrem sortitur, adeo ut internos abscessus potum disrumpat, menses cier, et foetū enecat, per sedem infusum sanguinolenta euacuans, ischiadibus pro Bursa pasto dest, euacuatq; superne & inferne bilem oxybaphi mensura epotum. Veris herba rum, herba bursa pastoris dicta, frigida & sicca cum quadam stypticitate est, cuius succus recens extractus, uulnera recentia glutinat, & aceto mixtus, inflammations & erysipelata sanat. Nam ex ea, & plantagine, parata in aqua piuuali decoctio, cum bolo Armeno, dysentericis et hemoptoicis, id est sanguinem & pectoriscreantibus, medetur. Demum, herba ista pro

sistendo quocunq; sanguine fluente, accommodata est, & merito uulnera-
ria dicta.

DE ARABIDE.

*Græce, ἀράβη: Latine, arabis, drabe, Orientale nasturtium,
Babylonium nasturtium, cuminum sylvestre.*

Enarratio. 151.

HANC & si Ruellius in Gallia nasci, præsertim in locis nuper cultis, *Arabis*.
eamq; cuminum sylvestre à uulgo appellari tradat, hucusq; tamen nunquā
eam uidere potui. Proinde, crederem herbam hanc, potius apud Cappa-
doces particularem esse, cuius semine frequentissime in cibarijs utuntur,
quam uel in Hispania, uel Italia nasci.

DE ERYSIMO.

*Græce, ἐρυζόν: Latine, irion, rapistrum, sylvestre sinapi:
Hispanice, rinchaon: Gallice, uelar, ou de la tortelle: Germanie,
Hederich & wilder senff.*

Enarratio. 152.

DIOSCORIDI Erysimon, siue irio, multum ab eo quod Theophras-
tus describit, differt, quum erysimon hoc Dioscoridis, herba passim in ru-
deribus, & fossis nascens sit, folio sylvestri erucæ persimili, flore luteo, cau-
le ramoso, lento, frangenti, contumaci: nam floris loco, filique corniculu-
rum figura prodeunt, in quibus semen minutum, sinapi uel nasturtio simile
includitur: de quo Galenus loquitur libro sexto de Facultatibus simplici-
um medicamentorum, & Plinius libro 22. capite ultimo. Nam Theophras-
ta erysimon frugum genus quoddam est, hordeo uel spelta per quam si Theophras-
tus de quo Plinius, libro decimo octavo, capite septimo, & decimo locu-
tus fuit, & Galenus, primo de Facultatibus alimentorum libro, ubi sepa-
ro, irionis semen simile fecit. Quod uero frugis genus hoc hodie sit, du-
bitatur, quum Ruellius, tritici quoddam genus, ab Italis frumentorum
dictum, esse credat, mea tamen sententia non sine errore, quum irionis fo-
lia, interdum uirent, ut refert Theophrastus, à frumentis non edantur, qui
tamen folia huius frumentoni audiissime, ab illis comedantur, nec ullam *Ruellius er-*
cum sesamo contrahit similitudinem, ut facile Ruellius conuincatur, quod rat.
Theophrasti erysimon tritici genus dictum non sit.

DE PIPERE.

Græce, ~~νίνεις~~: Latine, piper: Hispanice, pimienta: Icalice, pe
pe: Gallice, pepre: Germanice, Pfesser.

Piper.

Enarratio. 153.

NASCITVR piper apud Indos, eo modo quo apud nos hedera, sic etiam quoque piperis planta parietibus et arboribus hæret, circumvoluiturque folio malii cotonei, sed rotundiore, quanquam piper quoque in planta folia uitis ferente, nasci a nonnullis uisum est, & hodie Venetijs in nonnullis hortis conspicitur. Nascitur enim prius piper, affixum ramulo, tanquam uerruca carni, sed postea, pediculis tanquam hederae bacca pendet. Virides namque piperis racemos, aceto seruatos, ex India, ad nos Amici transuixerunt: ex quibus exacte consciij sumus, quod piper eo modo dicto crescat, nascatur, sed quum ad maturitatem peruenit, colligitur, & in storeis ad torridum Solem ponitur, ubi eo modo quo nos corrugatum uidemus efficitur. Interdum autem granum hoc omphax, ac immaturum est, album piper appellatur, ita ut piper nigrum, et album eiusdem sit arboris fructus, nec in alio differant, quam maiori uel minori maturatione. An uero piper album, nigro calidius sit, uel è contrario, uariant Authores. Nam Dioscorides, nigrum calidius, ac maiori acrimonia praeditum, gratiusque cibis esse testatur: Galenus uero, libro octauo Simpliciū, contrarium contendit, Galenus erat ueretur tamen sit, uterque errat, quia piper longum eiusdem arboris, fructum esse credant, quum reuera piper longum, alterius arboris fructus sit.

Dioscori. qui ex insula Somatra, Taprobana dicta adfertur, ualenter enim omnia haec tria piperis genera calcifiunt, tum desiccant, & ut quarto libro de Sanitate tuenda refert, piper longum, flatuosi spiritus crassitudinem soluit, Piper longum. & quem in præcordijs pilgraceſſant, ad uentrem inferiorem depellit, & concoctioni ciborum subuenit, & subdit: Si huius copia non est, utique albo ueretur, quippe quod supra duo reliqua genera uentrem roborat: Sin hoc non adest, optimum nigrum petendum est: id uero fuerit, quod pondere precellit. Paratur enim ex omnibus compositum, diatrimon pipereon dictum. Ceterum quum de pipere locuti simus, non ab re quoque fuerit, de caryophyllo præstantissimo aromate, uerbum facere, quum culinæ multum deseruit, tametsi eo antiquitas pro odoramento, referente Plinio, tantum ueretur. Est igitur caryophyllo feliſcarius quidam flos cuiusdam arboris apud Indos nascentis, buxo, tum figura, trunko & folio persimilis. falluntur qui caryophyllo folium nucis, aut cinnamoni inesse autumant, quum

Diatrion

pipereon.

Caryophyl-

lum.

revera, arbor caryophyllorum, buxi folio uestiatur: unde Paulus Aeginta, libro septimo suæ medicinæ recte hoc animaduertens dixit: Caryophylion, quasi dicas, nucifolium non eam habet substantiam, quæ nomine prætenditur: sed ex India, ueluti flores cuiusdam arboris festucacei, et nigris sunt, longitudine pollicari, propemodum odorati, acres, subamari, calidi & secchi in tertio ordine, qui multiplicis usus sunt, tum in facie medica mentis, tum in alijs. Apud Galenum tamen, nusquam quod meminerim, de illis mentio facta est, quamquam Serapio, cap. 307. Galenum citet, et paulo post dicat: Paulus quidem dixit sicut Galenus de litera ad literam, unde significatur, quod ea ab eo transtulit, & subdit: confert enim stomacho caryophyllum, & epati, & confortat cor, uentrem constringit, & cibum coquit, pondere uero quatuor scrupulorum cum lacte, ieuno stomacho, potentiam uenereum corroborat. Iis carpesium proximum est, quod cube *Carpesium* ba officinis dicitur, ut libro primo meminimus, & Actuarius confirmat, *cubeba* est. non enim carpesium, zedoaria siue *zuru*: abet Arabum est, ut Mathiolus augurat, quum potius, ut dicimus carpesium cubeba sit, de quo Galenus libro septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum ita inquit: Carpesium simile est ualerianæ, tum gustu, tum facultate, sed plus habette nuditatis, proinde magis ea uiscerum obstrukiones extergit, urinam mouet, renescit calculis degrauatos expurgat.

DE ZINGIBERE.

Græce, *συνίβης*: Latine, *zingiber*: Hispanice, *gengibre*: Italiæ, *gingero*: Gallice, *zengenbri*: Germanice, *Imber*.

Enarratio 154.

ITA enim apud Indos zingiber seritur, quo apud nos allia, imo *zingiber*. cannarum & ueluti alliorum folia emittit, quibus in iusculis & coquinario usu, ac acerario, Indiani, ueluti nos alliorum folijs, utuntur: aduehitur porro zingiber ex insula Cananoris, Radix alba nodosa, multidiuisa, odorata, saporis acuti, quæ ne euanscat, ac uermibus corrodatur, terra quadam rubra aqua dissoluta, inficitur, ac sic infectam, rubrum zingiber appellant. Affertur enim ex India saccaro conditum, senibus, & pituitosis, ac frigidis, et male concoquentibus stomachis accommodatum, quamquam Venetijs & uarijs alijs locis, siccum zingiber lixiuio emollietur prius, saccharo quoque paratur, non adeo tam è bonum, ut ex India adiectum. De zingiberis uero uiribus, ita meminit Gale, lib. 6. de Fac. simpl. med. zingiberis radix excalfacit, sed nō primo statim occurru, ueluti piper: unde sane &

minus esse subtilium partium quam piper, existimanda: Etenim illaboratam quandam, & crassam retinere in se uidetur humiditatem, quemadmodum piper longum, quare diutius perseverat quae proficiscitur à zingibere, aut piper longo caliditas, quam quae ab albo aut nigro. Porro ubi totum corpus celerrime calcacere consilium est, ea tunc exhibenda sunt, quae & celerrime à caloris nostri contactu incalescant, & promptissime unde quaquerantur. Verum ubi partem quamuis refrigeratam recalfacere studemus, contrà agendum, nimirum quae tarde calescentia, plurimo tempore perdurent, ea præbendo. Cæterum, licet zingiber & piper longum, hac prædicta ratione à nigro piper differant, non magna tamē est differentia. At nasturtium, napy, tapia, & agrestium columbarum sterlus, maiori tempore perfecte accenduntur, & plurimo tempore perdurant. Cæterū zingiberi aroma aliud simile uidetur, quod zedoariam: Arabes uero, zurumbet uocant, à Græcis ut dixi, prætermisum: quia carpesium cubeba est, nō uero zedoaria, de qua Serapio, capite centesimo sexagesimo nono, ita inquit: zurumbet, id est zedoaria, calidum & siccum, in secundo gradu est, impinguat conueniente obesitate, & auferit uentositates, & de eius proprietate est, alliorum, ceparum, & uini, tetrum odorem auferre, item mortui uenenosorum animantium opitulatur, et crassas uentositates resoluit, ac uentre constringit: quibus adde apostemata que sunt in matrice resoluit, uitum retinet, & colicam affectionem curat.

DE HYDROPIPERE.

Græce, *ὑδροπίπερον*: Latine, *hydropiper*, *persicaria* non maculata: Hispanice, *hierua pexiguera sin manchas*: Italice, *herba persicaria*: Gallice, *herba persicaria*: Germanice, *Mückenbraut/Wasserpfeffer*.

Enarratio 155:

Hydropiper: HYDROPIPER siue aquaticum piper, ut paucis dicamus, persicaria herba absq; literulis est, sic dicta, quia folia persicæ arboris similia habet: Nam absq; literulis siue maculis aut notis dicitur, ad differentiam alterius, maculis insignitæ. Est igitur herba hæc persicaria immaculata dicta, sapore acutu, acino sum semen, & acutum quoq; habens, aquosum in locis plerumq; nascens, in uniuersum descriptioni hydropiperis respondens, ut merito affirmare debeamus, persicariam officinarum absq; notis, Græcorum hydropiper esse. Vnde miraris tamen non possum Ruellium uirum alioqui do-

**Persicaria
immacula-
ta.**

etissimum, qui tam intentate scriptum reliquerit, quod eupatorium com-/ Ruellius et
mune officinarum, canabis folia habens, hydropiper sit, quem tantum re rat.
uera inter se differant, quantum beta à portulaca. Ceterum siliquastrum uel
piperitis à Plinio descripta, libro 20. capite 17. ea est herba, cuius mentio- Siliquastrū
nem libro 1. cap. de Cardamomo fecimus, quae pyramidales siliquas, cor
dis modo, profert, unde siliquastrī nomen meruit, & piper Hispanum siue
piper Indianum appellant. Auicenna uero zingiber caninum appellare uel
detur, cuius siliquæ maturæ rubræ coralli modo lucentes sunt, tanti feruo-
ris & acuminis, ut piper excedere, ac sapore superare videantur. Nam pipe-
ritis, uulgaris herba, ut diximus, alia res est. De hydropipere uero persica-
ria dicta, loquitur Galenus libro 8. de Facultatibus simplicium medica-
mentorū dicens: hydropiperi à locis in quibus nascitur, & à similitudine
quæ illi cum pipere in gustu est, nomen sortitum est. Ceterum, non usq;
adeo calidum est quam piper, attamen herba ipsa etiam uiridis, cata-
plasmatis in modum imposita sugillata & tumores induratos digerit.

DE PTARMICE.

Græce, *πταρμίκη*: Latine, sternutamentaria, sylvestre pyrethrū:
Hispanice, pelitre salvatico: Hetruse, la herba de le scope: Gal-
lice, agreste pyretro: Germanice, Wilder bertram.

Enarratio 156.

PTAPMON, Latini sternutamentum uertunt, unde ptarmice, quia ster Sternuta-
nutamentum iterare faciat, nomen habet, herba pyrethro non absimilis, mentaria
tumfolio, flore, & saporis acutie, uellicatenim linguam pyrethri modo, herba.
quanquam mitius, flores porro, anthemidis siue camomille, rotundi in hu-
ius herbæ summitate apparent, qui acri suo odore, nares ferientes sternu-
mentum irritant, & ut tradit Galenus libro octavo citato, præterdicta,
sugillata & cæteras ecchymoses digerit: Viridis porro calfacit, secundo or-
dine, tertio autem fiscat.

DE STRVTHIO.

Græce, *στρυθίον*: Latine, radicula, lanaria, saponaria, herba
fullonum: Arabice, condisi: Hispanice, yeruaxabonera: Italiz-
ce, herba lanaria: Gallice, le herbe à fulon: Germanice, Seyf-
senkraut/Speichelkraut.

Enarratio. 157.

Struthion condisi est, **Saponaria dicta herba.** STRUTHION, siue radicula, aut fullonum herba, Arabum condisi est, quam nostri saponariam appellant, cuius species duæ hodie usuntur, altera parua, flores lanosos producens, humi sparsa, & ea de causa, à Græcis, καυκαλη, appellata, quæ aqua manibus fricata, ex se spumam emittit, qualem à sapone oriri uidentur, Hispanis admodum familiaris, sub nomine saponaria. Altera uero ab herbarijs hodie indicatur Ianaria herba, siue saponaria, hortis familiarissima, clymeni folia habens, caulem uero rotundum, nodosum, non uero fabaceum, ut in clymeno conspicitur, quæ dubio procul, multum ab ea quam Plinius, libro decimonono, capite tertio describit, abest, utriusque tamen radix, pro sternutamento euocando, in usum trahitur. De qua Galenus libro octavo citati voluminis dixit: Radix eius est acris, calida, sicque temperamento, exquarto propemodum ordine excalcentium, sed & abstergit, & irritat, proinde & sternutationem prouocat. Cæterum, unde herba ista, struthion, sit dicta, non satis constat, nisi forte à foliorum ordine, quæ quodantenus auium alas imitantur, nam Græcorum struthon, siue struthion, Romanis passer est. Sed quin Castellum pro nisi in muris patræ meæ Castelli Albi, & Nisiæ, oppidi circumuicini, nascitum prædictum, quæ dubio procul, tanquam naturæ miraculum adduci potest. Est enim herba hæc, in muris, usatissimis lapidibus constructis, illis, nascens, nec aliter quam inter utrumque lapidem crescens, caule bicubitali, & ampliori, lanuginosi, folio parietariæ, resinoso, florem uero si species, passerculum, aut auiculam albissimam, lanagine quadam uestitam dices, ut in Herba pas de nostri, herbam istam non nisi passerculari, aut auicularum herbam appeti possent, floret autem ueris tempore, ac in hyeme emarcescit, postea uero, uerno tempore repullulat. Nec enim alibi, quam in ijs duobus citatis locis, herbam hanc unquam mihi uidere contigit. Nullius præterea ut hæc dicamus, odoris flos hic est, immo tota ipsa herba ad nullos usus medicos seruabatur: Olî uero causam huius floris inuestigans, non aliam inueni, quam quod struthij, passeris dicti, inter illos magnæ molis lapides, nisdicant, ex quibus semen ejaculatum herbæ radicem attingere, ac eam inficere, erat possibile, adeo ut inde, & celo fauente: flos ille auiculæ modo effigiatus cuaserit.

DE CYCLAMINE.

Græce, κυκλαμίνη: Latine, cyclamen, cyclaminus, rapum, umbilicus terræ, arthanita, panis porcinus, bothomarien: Hispan-

nice, pan de puerco hierua: Italice, pan porcino, ciclamino: Gallice, pain de porceau: Germanice, Erdwurz/oder apffel, Schwein oder sewbrot.

Enarratio 158.

DICIT VR cyclaminus, panis porcinus, quia à porcis audiſſime eius *Cyclamis* radix tuberosa manditur. Nota enim herba est, & à septarijs in conti- *nus.*
nuo usu habita, cuius uires Galenus inuestigans ita libro septimo de Fa-
cultatibus simplicium medicamentorum tradit: Abſtergit, incidit, ora ue-
narum aperit, attrahit, & digerit, succus eius hæmorrhoidas reſerat, uiuo-
lenterq; ad ſecellum prouocat in floccis appositus. Sic etiam facultatibus
phymata, ſtrumas, aliasq; durities digerentibus commiſſetur, ac ſuffuſis
cum melle illitus competit: ad haec per nares expurgat, adeo uehemens ei-
us facultas fit, ut ab domine illito, ſeduca aluum, & foetum perimat. To-
ta autem radix ſucco imbecillior est, quanquam & ipſa uehemens ſatis. Nā
& menses ſive epora, ſive appofita, euocat & auriginī prodeſt. Modus eius
bibendi est drachinarum trium, ſiuē cum melicrato, ſiuē cum paſſo, cutem
dergit, ac tum alopecias, ephelidas, omniaq; exanthemata curat, necnon
auxilio eſt lieni indurato. Mesueero, calidam & ſiccā in tertio ordine
hanc collocat herbam.

*Cyclamen
herba calida
& ſicca
in tertio or-
dine eſt.*

DE ALTERA CYCLAMINO.

Græce, κυκλαμίνη: Latine, altera cyclaminus, alterum cy-
clamen, cyſanthemon.

Enarratio. 159.

QV AE nam herba haec, ſecunda cyclaminus fit, non ſatis conſtar. Nam Secunda cy-
Ruellius herbam quandam, ab Italico tamara dictam, pro ea indicare sole claminus.
bat, quam quoq; ſigillum Mariae appellari, ob id quod ab Arabibus bo-
thomarien dicebatur, contendebat: ſed reuera Ruellius fallitur, quia Ara- Ruellius
bes, primam cyclaminum, bothomarien appellant, non uero ſecundam fallitur.
hanc: item, quia herba ab eo delineata, magis uitis nigræ deſcriptioni, quā
hiuic respondere uideatur ut ſuo dicemus loco. Porro Mathiolus Senensis,
hanc ſecundam cyclaminum à ſe conſpectam affirmat, radice parua, auel-
lanæ perſimili, quam hucusq; nos nunquam uidere potuimus.

DE DRACUNCULO MAIORI.

Græce, ἀπαντζιαμάνη: Latine, dracunculus maior, drvcons

tum magnum, collum draconis, colubrina, serpentaria, uiperis
na: Hispanice, laterragontia maior, yerua culebrera maior:
Italice, dragone a maggiore: Gallice, serpentine: Germanice,
Schlangen fraut.

Enarratio. 160.

Dracunculus esse dracunculi species, testatur Plinius libro uigesimo qua-
to, capite decimo sexto, ubi ita inquit: Id autem quod Græci dracontion uo-
cant, tripli effigie mihi demonstratum est, folijs betæ, non sine thyrsō, flo-
repurpleo, hoc est simile aro: Alij radice longa, ueluti signata articulos acq-
monstrauere, tribus omnino caulinis, folia eius ex aceto decoqui contra
serpentium ictus, iubentes: Tertia demonstrata fuit, folio maiore quam
cornus, radice harundinea totidem ut affirmabant geniculata nodis, quo t
haberet annos, totidemque esse folia. Libro quoque uigesimo quinto capite
secundo. In Lusitania, inquit, cognoui in agro hospitis, nuper ibi reper-
tum dracunculum, appellatum caulem pollicari crassitudine, uersicolori-
bus uiperarum maculis, quam serebant contra omnium morsus esse re-
medium. Alius est, quem nos in priori uolumine, eiusdem nominis dixi-
mus, sed huic alia figura, aliudque miraculum, exeuntis e terra ad primas ser-
pentium uernationes bipedali fere altitudine, & cætera. Ex hac igitur mul-
tiplici dracunculi differentia, satis clare patet, quam perperam dicant h̄i, qui
caput sequens Dioscoridi superadditum esse contendunt, quum dracuncu-
lus maior in multis crescat prouincijs, longe à minori differens. Nā apud
Flandros & Gallos, Italosque procerè crescit, ita ut Sephasiarj ad tabernas,
tanquam spectaculum, ac prætereuntium remoram, eum ponant, præser-
tim quando purpureo illo flore, cornum modo oblongo floret. Nam tunc,
res mira, a horrenda appetet. Cæterum Galenus dracunculorum omnium,
utpote easdem fere facultates habentium, sub uno capite mentionem fecit,
dicens: Quiddam aro persimile obtinet, tum folijs, tum radice: cæterum il-
lo acrius est, & amarius ac proinde calfactorium magis, & tenuioribus
partibus. Habet etiam & astrictionem leuiculam: radix omnia uiscera ex-
purgat, optimumque remedium est concumacium ulcerum. Verum exten-
sionem etiam cætera omnia, quæ extensionem desiderant: solia præterea simi-
lem facultatem sortiuntur, ob idque si sint uiridia, recentia uulnera glutinat,
fructus ualentior est, non folijs tantum, sed radice, itaque & cancros, & poly-
pudas creditur eliquare, succus eius quoque uitia oculorum expurgat. Hęc
Galenus. Cæterum dracontium hoc calidum & siccum in secundo ordine

est, aluum quoqerentans, ut experientia quotidiana indicat, quare Manardus non bene Mesuem taxare, certum est.

Manardus
non bene
Mesuem ta-
xat.

DE DRACUNCULO MINORI.

Græce, *Δρακοντίον μικρόν*: Latine, dracunculus minor, dracunculus minus: Hispanice, *la taragonia, hierua colubrina, hierua cobreira*: Italice, *dragonea minore*: Gallice, *serpentine petit*: Germanice, *Klein schlängenkraut*.

Enarratio 161.

DRACUNCULVS minor, qui uiperina, aut dracontia, ob eius quoqe maculatum caulem dicitur, ubique vulgaris est, & officinis satis cognitus, cuius radix abortum facit, & aluum subducit, ac magnifice faciem abstergit: qua de causa, ex ea mulieres pro polienda facie, quotidie unguentum parant. Cæterum, in uniuersa Italia, herba quedam hodie comperitur, quam draconem, siue draconeam, aut draconium appellant, folio oblongo, hysopis modo, sed ampliori, sapore feruido, acetum & salem referente, & ea de causa, acetarijs expetita, quia utriusqe saporem, in ea herbarum miscella supererit, ita ut nec saltem, nec acetum, sit opus addere. Nascitur autem herba ista, ex semine lini, in cepa incluso.

DE ARO.

Græce, *ἄρον*: Latine, arum, canis priapus, sacerdotis uirile: Hispanice, *yaro, foia de yaro*: Italice, *aro, iaro*: Gallice, *uit de prebstre*: Germanice, *Pfaffenpint/arona*.

Enarratio 162.

ARVM communis, & nusquam non familiaris habetur herba, diuer-
timo tamen, quum non ubique equaliter nascatur, acris, imò aliquando
ideo mitis eius comperitur radix, ut rapæ modo, edi possit, quemadmo-
dum Galenum adnotasse legimus libro secundo de Facultatibus alimento-
rum, capite sexagesimo tertio, qui quoqe de illius uiribus libro sexto de Fa-
cultatibus simplicium medicamentorum, ita inquit: Mediocre extergen-
di uim possider, estque primi ordinis calfacientium, & exiccatum, radic-
es eius comesæ mediocriter humorum crassitatem incident, ita ut sint ex-
creationibus ex pectore idoneæ. Hæc Galenus. Verum herba ista, ut uiri-
bus differens quandoqe reperitur, ita quoqe & radicis colore uaria cerni-

Arum.

cur, quo factum est, ut Dioscorides, candidam radicem habere arum tradat: Plinius uero nigram libro uigesimoquarto, capite decimosexto.

DE ARISARO.

*Græce, & πικρόν: Latine, arisarum: Hispanice, fraylillos his-
erua, fradinhos hierua: Italice, erisaro.*

Enarratio. 163.

Arisarum. EST ut refert Plinius libro uigesimoquarto, capite decimosexto, & res ipsa indicat, arisaris, uel arisaron, aro similis herbula, minor tamen, & minoribus ornata folijs, radice uero oliuæ magnitudine, qua multi tanquam pretiosissimo secreto apud Germanos inferiores contra pestem utuntur, uocant autem Hispani herbam istam, plurali numero, fraylilos, id est fraterculos, forsan quia figura monachulum referre uideatur.

DE ASPHODELO.

Græce, ἀσφόδελος: Latine, asphodelus, hastularegia, affodilus, albucus: Hispanice, gamones, gamonitos: Italice, amphos dello: Gallice, haste boyalle: Germanice, Goldtwurtz.

Enarratio. 164.

Asphode-
lus.
Hastulare-
gia.
ASPHODELVS officinarum affodillus est, herba hastula regia dicta, ob id quod omnium plantarum, quæ bulbos habent, maximum proferat caulem, cui radices coaceruatae, multæ glandibus similes, in longitudine sunt, colore uero aureo, sapore acri, quæ in uniuersa Hispania passim in pratis & conuallibus reperitur. Nam in frigidioribus regionibus difficerter nascitur, & Anthuerpiæ semel tantum, & eam quidem in horto Martini chirurgici satam uidi. Nostro hoc tempore, huius radices in usum uetus non ueniunt, ut olim ueniebant: & Hesiodus ac Plinius cæterique antiquisissimi viri affirmant, immo tam nunc alienus hominibus cibus, asphodelus est, ut potius promuribus interficiendis, ipsa hodie utantur. Vnde & merito illius radices, inter medicamenta erodentia, censenda sunt, non uero inter olera, ut prisci faciebant. De qua Galenus, libro sexto de Facultatibus simplicium medicamentorum, ita prodit: Huius radix extergentis est facultatis, usitæ autem cinis, calidior, exiccatior, subtilior, ac digerere potentior existit, ac proinde alopecias sanat.

DE BVLBO VOMITORIO.

Græce, βύλβος iuremè: Latine, bulbus uomitorius.

Enarratio. 165.

BVLBV Suomitorius, ad differentiam cibarij bulbi, quia uomitum ei *Bulbus*. et, dicitur, planta quæ folijs nigris, & radice allio persimili uestitur.

DE BVLBO, QVI EDENDO EST.

Græce, *bulbus iudicatur*: Latine, *bulbus qui edendo est, bulbus cibalis, bulbus Aſcaloniæ, cepa Aſcalonita: Hispanice, cebolla aſcalonita: Italice, aſcalogna ceguola: Gallice, des eschallos tes, des appetites: Germanice, Klein zwibel.*

Enarratio. 166.

FREQUENTI in usu, bulbus qui edendo est, habetur: cepa quidem parua, oblonga, rubra, quæ uenerem irritat, & Aſcalonitam, siue Aſcalonie cepam, quia ab Aſcalone oppido Syriæ adiectam, appellant, de qua Martialis in epigrammate dixit:

Quum sit anus coniux, & sint tibi mortua membra,

Nihil aliud bulbis quam satur esse potest.

Vnde et merito, Marcus Varro, in nuptijs bulbos edendos suadet, cui Ap̄tius assentitur, dum modo, nuclei pinei, erucæ succus, & parum piperis diæcis addatur. Cæterum, tanti fecit Pythagoras bulbos Megarenſes, ut de eorum natura, integrum, ut fertur, compofuerit uolumen, inter quos scilicet, & pancratium præcipue numerare est, aliaq; diuersa genera, ut apud Theophrastum, libro octauo de Plantarum historia legere est, & Plinium libro decimonono, capite quinto,

DE SCILLA.

Græce, *scilla*: Latine, *scilla, squilla, cepa maris: Hispanice, cebolla albatrana: Italice, laſquilla: Gallice, stipoule, ou char pentaire: Germanice, Meer zwibel.*

Enarratio. 167.

SCILLA, suspensa in officinis, squilla est, quæ in taleolas, sic ne inueniuntur, tangant, per interualla, suspenditur, ex qua acetum scilliticum, & oxymel scillinum, parantur, cuius uires inuestigans Galenus, ita prodidit libro octauo Simplicium: Scilla, admodum quidem incidit, calfacit autem secundo ordine, porro præstat eam affam, aut elixam sumere, quod sic eius uehementia exoluatur. Hæc Galenus. Cæterum an acetum scilliticum, scilliticum, leniat aspera arteriam, uel eam potius exasperet, in dubiuu uertitur, Tu Car-

Cardanus danum Mediolanensem lege, Contradictione decima sui libri, quum pa-
Mediolanē cis rem illic absoluit, ac utinam non ita obscure, ut solet, loquatur, ut inde
sis medi- tyrunculi in re medica illum intelligent.
cus.

DE PANCRATIO.

Græce, ταγηνά: Latine, pancratium, scilla minor, scilla nigra: Germanice, Klein meer zwibel.

Enarratio. 168.

Pancratium. HAE C minor scilla, & illa quidem nigra, ab herbarijs indicatur, quam masculum appellarem: Superiorem uero, ut pote albam, foeminam, quam Ruellius, contra naturæ ordinem, albam, masculum appellat, nigrā uero foeminam.

DE CAPPARE.

*Græce, κάπαρις: Latine, capparis, cappares: Hispanice, alca-
 kaparras: Italice, cappare: Gallice, capprez.*

Enarratio. 169.

Cappares. NOTISSIMAE sunt cappares, & officinis, & tabernis sere omnibus, salite prostant. Nam hortenses cappares, in frutice, non spinoso nasci Ferariæ uidimus, appetentiam enim deiectam incitant, & lienem minuant, atq; obstructiones aperiunt, qua de causa, capparis radice, et ipsius oleo pro liene atq; meatibus obturandis, frequentissime medici utuntur, ipsi porro cappares, non admodum probum gignunt succū, imo ut tradit Galenus libro secundo de Facultatibus alimentorum, tenuum quidem est partium capparis, ac proinde minimū alimenti exhibet, utimur autem fructū huius plantæ magis ut medicamento, quam ut alimento: sale enim conspersus ad nos importatur, propterea, quod putrescit, si reponatur solus: ubi igitur sal suginem deposuerit elota, collapsam appetendi uitum excitat, pituitam uen- tris detergit, atq; subducit, purgatq; tum lienis, tum hepatis obstruc- tiones. Vt autem ad eas res oportet, ante alios omnes cibos, exoxymelite, uel oxelao. Huius etiam plantæ uirides ac teneros surculos, non aliter quā terebinthi mandunt, in aceto simul & muria, aut solo aceto condientes. Cæ terum capparis pugnantibus facultatibus constat, ut libro septimo de Fa- cultatibus simplicium medicamentorum legitur: exterget enim radix eius, & probe purgat, incidit, discutitq; tum amaritudine, tum acrimonia, ac acer- bitate contrahit, stringit, & densat, quapropter lienes induratos, & pota & extrinsecus imposita iuuat, menses promouet, pituitam per os educit, ma-

*Capparum
natura.*

ligna uiscera sanat, dentium dolores sopit, tumores digerit, & uitiligines,
quas alphos dicunt, aurum uermes enecat, folia autem & fructus simili-
tem quidem, sed imbecilliorem uim possident.

DE LEPIDIO.

Græce, ~~Λεπίδιον~~: Latine, *lepidum, hiberis, nasturtium sylvestre: Germanice, Pfefferkraut.*

Enarratio 170.

LEPIDIVM ut Galeno placet, *iberis* est herba, de qua libro primo, capitulo ultimo diximus: non desunt tamen, qui dicant, piperitum hortorum, lepidum esse: alij uero qui credant raphanum Gallicum potius esse, quæcunq; tamen ea sit herba, exulcerandi, ac ex cutesquamás pellendi uim habet. Porro Plinius lepidum, eadem est herba cum secundo à Paulo Aegineta descripto lepidio, quod raphanum dictum Gallicum esse, omnino crederem, seitaragi à nonnullis Mauritanis appellatum.

Seitaragi.

DE BATRACHIO.

Græce, ~~βατράχιον~~: Latine, *batrachion, ranunculus, apium risus, herba scelerata, pes coruinus, herba Sardonia: Hispanice, Lusitanice, hierua belida: Italice, pie de gallo, pie coruino: Gallice, ramanculo herba: Germani. Hantenfuss / frösch pfeffer.*

Enarratio 171.

BATRACHION, id est ranunculus, herba à nostris pes coruinus dicitur. Batrachio. Etia est, cuius genera plura, officinis nota sunt satis, quæ exulcerandi, & igitur in modo, urendi uim possident, unde mirari satis non possum, ut multis Otho Brü ab hinc annis dixi, cur Otho Brunphelsius, huius tria genera effigiata, non phelsius ex batrachio, sed coronopo potius tribuerit, quum illorum quodlibet gustat. ratum, linguam exulcerat, non uero ut coronopus astringit: Vos uero illorum uiuas herbas gustate, & ut spero non iniuiti pedibus in meam sententiam ibitis. Est enim primum horum genus, radicem rotundam habens, castaneæ magnitudine, qua pro excitanda uestica, ac exulcerando loco cutaneo, saepe utimur. Secundum uero genus, apium risus dicitur, uel potius herba Sardonia, quæ ridendo interficit: de qua Apuleius dixit, si quis eam Sardonia gustauerit ieiunus, ridendo exanimabitur, unde risus Sardonius dictus est, herba. & ut Salustio placet, neruos labiorum & oris musculos, illius qui eam comedit, contrahere facit, adeo ut ridendo mori uideatur. Nouimus nos,

apud Antwerpiam, hodie omnium ciuitatum facile reginam, nonnullos iuuenes Italos, in acetario herbario, hanc degustasse herbam, quorum non nulli illico uitam cum morte commutarunt: alij uero, qui subito ad antidotum, & medicamenta uo mitoria confugere, cuaserunt, uenefica enim herba hæc est, & uitæ humanæ aduersa. Tertium uero genus, commune est, & ubique obuium, insunt autem ijs omnibus folia apij, flores uero aurei, de quibus apud Hispanos, proverbum circumfertur, sic: de laherua belida, prseue lhero, barrigua fazia: quod sic sonat, quum batrachium herba in præsepio est, præsepium ea semper est plenum, at uentres iumentorum uas cui sunt: Nam illa non uescuntur, nec immerito, quia exulcerandi uim possident, ueluti & quartum genus folia lactea habens: de quibus Gal. lib. sexto de Facult. simplic. medic. ita tradit: Huius omnes quatuor species adeo acres existunt, ut cum dolore exulcerent: quare si conuenienter utare, psoras & lepras excoriant, & unguis diuellunt, tum Ieprosis stigmata digerunt, & uerrucas detrahunt, quin & alopecias iuuant, exiguo tempore admotæ. Radix arefacta sternutationem prouocat, sed & dentes dolentes iuuat, sicut eos frangat. Est itaque ualde calida & sicca, tum radix tum uniuersa herba.

DE ANEMONE.

Græce, ἀνέμων: Latine, anemon, orcitunica, herba uenti: Hispanice, amapolas de frío chiquita: Italice, il anemone.

Enarratio. 172.

Gaspard de Gabrielis. Q VVM olim Ferrariæ, unâ cum doctissimis viris, & rerum naturalitatem curiosissimis inuestigatoribus, Gaspare de Gabrielis nobili Patauino, ac Gabriele Mutinensi, nec non Ioanne Falconerio Anglo, in horto amoenissimo, Magnifici Azaïoli conuenissemus, illuc anemon inter plures alias herbas, indicata fuit: quæ dubio procul, multum à rheade, id est papauere erratico, papaueralide dicto, differt, nā folia in anemone, diuisa ueluti in coriandro, cernuntur, radices uero rotundæ ad oliuæ magnitudinem, flores uero parui, nec ita magni ueluti in erratico papauere, rubro, paſsim obuio sunt, purpurei ut plurimum, aliquando lactescentes, nonnunquam albidi, & pulicis: item, in anemone, quum rumpitur caulis, nullū ex se emittit lac, quod contrarium in papauere erratico euenerit animaduertimus. Dicitur enim a nemo, quia non nisi flante uento, aperiatur. Est & altera anemonis species, hodie cauda uulpis dicta, herba hirsuta, lanuginosa, quæ loco floris, lanuginem in summitatibus caulicularum producit, & illam, nonnulli potius inter batrachi genera reponunt, quia omnino cauistica, & ulcera faciens est.

Anemonis
nomencla-
tura;

At de anemone ita tradit Galenus libro sexto de Faculta. simplic. medica. Radix eius commansâ pituitam euocat, succus è naribus purgat, & oculorum cicatrices extenuat. Insuper sordida ulcerum anemone expurgant, et lepras detrahunt, mensaq; appositæ eliciunt, & lac trahunt.

DE ARGEMONIO.

*Græce, ἀργεμόνη: Latine, argemonium, agremonia, Liburni
caberba.*

Enarratio. 173.

ARGEMONIA hæc, multum ab agrimonie vulgari abest, nam uulgaris agrimonia, Græcorum eupatorium est, ut suo diximus capite. Quæ nia, vero hæc Græcorum argemonia sit, mihi albo coruo rarer est.

DE ALTERA ARGEMONIA.

*Græce, ἀργεμόνη ἡ δεύτερη: Latine, argemonia altera, argemonium
alterum, argentina herba, argentea herba: Vulgo argentina
herba.*

Enarratio. 174.

HOC alterum argemonium, ut paucis dicamus, argentina recentiorum Argentina est herba, sic argentina dicta, ab argenteo colore, quem in foliorum parte herba, ex exteriori habet.

DE ANAGALLIDE.

*Græce, ἀναγαλλίς: Latine, anagallis, morsus gallinæ, sanguis
oculi herba: Hispanice, muruges: Italice, anagallo: Gallice, mor-
uron: Germanice, Gauch heil.*

Enarratio 175.

ANAGALLI dis multa sunt genera, omnia officinis satis nota, sub moribus gallinæ nomine, quanquam Dioscorides in præsenti duo tantum eius dis generas memorat, alterum coeruleo flore ornatum, sceminiuum dictum: reliquum vero masculum, phœnico, siue rubro corallio persimili colore, unde corallium quoq; à multis ob colorem sui floris dictum est, quo fit ut Paulus herba. Aegineta libro septimo suæ medicinæ, quum antidotum articulare morbō conueniens describat, cuius titulus ab anagallide sumendus erat, ille potius, à corallio, id est anagallide flores rubros, corallio similes habente, illū defumpsit, & diacorallium appellavit, cuius inaduententia, Auicenna atq; Auicenna eius omnes asseclæ, aberrauere, credentes à corallio potius antidotum errat.

denominationem sumpsisse, quām ab herba corallio dicta, ut Ferrarienes primo magna uigilantia indicarunt. At Galenus, utriusq; anagallis facultates ita libro sexto citato enarrat. Anagallis utraq; & quæ coeruleum, & quæ purpureum fert florem, extergentis est facultatis, habet uero non nihil etiam calor, & quandam trahendi uitam, qua corpori infixa extrahunt, succus earum ex naribus purgat, eadem de causa, in summa, desiccandi uitam habent cīramordicationem, quamobrem uulnera glutinant, & putrida corrugunt.

DE HEDERA.

Græce, *κισσός*: Latine, *hedera*: Hispanice, *la edera*, *la era*: Italice, *hedera*: Gallice, *du liere*: Germanice, *Ephew*.

Enarratio. 176.

Hedera.

CISSO S hedera est, non uero cīsthos, ut alias monuimus, cuius inaduentitia Plinius errauit: cæterum hederæ plura & uaria sunt genera, ut apud Plinium est uidere libro 15. capite trigesimo quarto, & Theophrastū libro tertio, capite decimo octavo. Dioscoridis tamen, tria tantum descrippta genera omnibus sunt nota, unum album, à fructu & folio sic dictum: unde Virgilius dixit: candidior cygnis, hedera formosior alba. Alterum uero nigrum, corimbos ferens nigros, atq; gracemos in orbem circumactos de quo dixit quoq; Virgilius, atq; hedere pandunt uestigia nigræ. Hęc ipsa, apud Plinium mas est, quæ olim Bacchica & Nisia dicebatur, quia in Bacchi sacrificijs, que Dionysia appellabantur, & illa confessis corollis ute rentur. Tertium uero genus, *Helix* dicitur, quia multas habeat inuolutes. Hedera omnino sterilis, nullum præbens fructum: de quibus omnibus Galenus libro septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum ita inquit: Ex contrarijs facultatibus hedera constat, habet enim quiddam astringentis substantiæ, quæ terrea & frigida existit, habetq; non nihil acris, quam calidam esse, uel gustus comprobat, præterea si uiridis sit, obtinet etiam quandam aqueam & tepidam. Víridia igitur folia, in uino decocta, grandia ulcera glutinant, malignaque ad sanitatem reducunt, igne factas exulcerationes cicatrice obsificant, cum aceto decocta lenosis opitulantur: flores autem quodammodo ualidiores sunt, succus medicamen est errhīnon, uetus uas aurium fluxiones sanat, nec non uetera ulcera tum aurium tum narium, lachryma hederæ perimit lentes, pilisq; nudat, adeo quippe est calida, ut etiam obscure adurat.

DE CHELIDONIO MAIORI.

Græce, *χελιδονίον τὸ μέγα*: Latine, *chelidonium maius*, *chelidonia*:

*Donum cœli, Hirundinaria maior: Hispanice, la celiduenha,
yerua de las golundrinhas, celidonia: Italice, celidonia: Gallie
ce, chelidonie, ou esclere: Germanice, Schelkraut.*

Enarratio 177.

S C A T E N T omnes ferme nunc horti & parietes chelidonia. Quæ hirun *Chelido-*
dinaria, ut Theophrasto placet, appellatur quia aduentu hirundinis, suum *nia.*
excitat florem, ut apud ipsum legere est, libro septimo, capite decimoqua-
to. Plinius uero libro uigesimo quinto, cap. octauo, chelidoniam (inquit)
uisui saluberrimam hirundines monstrauere, uexatis pullorum oculis,
illa medentes. Cæterum, hæc non memithe est, ut Gerardus Cremonen^s *Gerardus*
sis, & alij multi, nono ad Almansorem regem dicato libro, Rasem inter= *Cremonen-*
pretati sunt, quia memithe Dioscoridis glautiū est, ut Ferrarienses primo *sis*, & plus
indicarunt, & post illos Leonardus Fuchsius libro Paradoxorum. Atque res alij, *cro-*
lidonij uires, prosequitur Galenus libro octauo de Facultatibus simplici- *rat.*
um medicamentorum ita: Admodum extergit & calfacit. Succus eius ad Memithe
acuendum uisum est commodus, quidam radicem eius, ad auriginem ab *Glautium*
obstructione iecoris ortam, in uino albo cum aniso propinant, Mansa eti- *est.*
am confert dentium doloribus.

DE CHELIDONIO MINORI.

*Græce, χελιδόνιο μινόρ. Latine, chelidonium minus, chelidonia
minor, hirundinaria minor, scrofularia minor: Hispanice, scro-
fularia menor, Italice, fauofello: Gallice, scrofularia minor:
Germanice, Feigwurzen/oder blaternkraut.*

Enarratio. 178.

V E R N A herba hæc est, atq; ob id, quod apparentibus hirundinibus, *Chelido-*
nii minuti.
è terra erumpit, hirundinaria appellatur. Humi enim serpī herba ista, pa-
sim obuia, folio hederaceo, paruo tamen, sine caule, flore luteo, quem Dio-
scorides siluit, nam radices, illi paruae insunt, tritici granis per quam simi-
les, albæ, inter quas capillares nonnullæ compriuntur, parum tamen acu-
tæ sapore: nam in alio loco, acres reperiri non dubitarem, ut de Aro quoq;
Galenus dixit libro secundo, de Facultatibus alimentorum, & nos pro-
prio capite meminimus. Proinde dotes huic chelidonio minori tributas,
in nostro non reperiri crediderim, quum acredinem illam propriam, qua

potissimum operatur, amissam habeat. Ut de eo ita dixit Galenus, ubi supra, chelidonium minus, quū maiori sit acrius, celeriter cutem exulcerat, unguesq; scabros ejicit, succus eius per nares purgat. Hæc itaq; siccata, & caliditatem facit, in quarto incipiente ordine: At chelidonium maius in tertio.

DE OTHONNA.

Græce, ὄθωννα: Latine, othonna.

Othonna.

Enarratio. 179.
OTHONNA quid sit, non satis inter priscos constat: Paulus tamen, ille adhærere uidetur, qui credunt, othonnam succūm maioris chelidonij esse.

DE MYOS OTIDE.

Græce, μυοσότις: Latine, myosotis, alsines, auricula muris.

Myos otis
auricula
muris alsin
nes est.

Enarratio 180.
PRIMA hæc myos otis, id est auricula muris, quarto libro, alsines dicta est, quare cum Marcello Virgilio, quum hic de ea semel factum fuerit, non esse de ea iterum agendum, dicendum reor, quum utrobicq; eadem est historia, & medicina, sequens tamen myos otis altera est.

DE ALTERA MYOSOTIDE.

*Græce, μυοσότις αλτερα: Latine, myosotis altera, Auricula mu
ris, pilosela: Hispanice, oreya de ratonyerua: Italice, orecchia
ditopo: Gallice, orege duratte: Germanice, Weiß Örlin.*

Auricula
muris.
Alicenna
error.

Enarratio. 181.
HOC secundum auriculæ muris genus, primo in Flandria uidimus, præcipue in oppido Beueres dicto, in uniuersum herbula, cuius folium auricula muris responderet, unde merito nomen contraxit. Cæterum Alicennam confuse admodum loqui, ut qui herbas quatuor, helxinem, alsinem, myosotida, & anagallidem, natura & figura, multum differentes, sub Auriculæ muris nomine confundit, Ferrarienses primo patefecerunt. Huius porro temperaturam ac dotes breuissime attingit Galenus, libro septimo de Cultatibus simplicum medicamentorum dicens. Myosotis desiccata secundo ordine: cæterum nullam evidentem caliditatem possidet.

DE ISATIDE SATIVA.

*Græce, ισάτις αὐτια: Latine, isatis sativa, glastum, guadum:
Hispanice, pastel: Italice, guado: Gallice, le guade du guesde ou
pastel: Germanice, Weidt.*

DE ISATIDE SYLVESTRI.

Græce, ιατρική: Latine, sylvestris isatis, glastum minus,
guadum minus: Hispanice, pastel saluatico: Italice, guado agrestis:
Gallice, le guade sauluaige: Germanice, Wild weidt.

Enarratio. 182.

NIHIL nunc isatide notius, qua infectores lanarum maxime utuntur,
adeo ut sine illa, nihil in tingendis pannis proficere possint, quæ gla-
stum, & hodie guadum uulgo dicitur, cuius Galli, serendi maximam curā
habent, & ex ea maximum faciunt quæstum, ueluti insulares, regi Lusitanis
parentes: de cuius uiribus Galenus libro sexto de Facultatibus simplicium
medicamentorum, ita tradit: Isatis domestica, qua quidem utuntur tincto-
res, facultatis est ualenter exiccantis, nondum tamen mordentis: est enim
simul amara & astringens, proinde magna uulnera corporum durorum
glutinat, & sanguinis profluui laborantibus partibus utiliter illinitur, tu-
mores laxos mirifice digerit, simul ac reprimit, & aduersus omnia malie-
gna uulcera mirabiliter resistit, At isatis sylvestris, manifeste iam acre quid-
dam, tum gustu, tum actione præsert, proinde quam domestica magis de-
siccans, ualentius etiam putredinibus oblitis, ad cætera tam comprehensa
deterior, haec tenus Galenus. Cæterum, ex succo isatidis Indicum confici,
suo dicemus loco: Plinius quoque errasse, qui isatim, inter lactucæ genera
computauit, notum est.

Indicum
Isatidis suc-
cus est.

DE TELEPHIO.

Græce, τηλεφίον: Latine, telephium, portulaca sylvestris, ter-
tium sedi genus uermicularis herba: Vulgo, lauermicular: Ger-
manice, Wundkraut / knabenkraut / fogzwang.

Enarratio. 183.

TELEPHIUM non est crassula maior, ut multirentur, quia crassula
maior, faba inuersa dicta, frigida est: Telephium uero calidum. Proin-
de telephium, sylvestrem portulacam, siue tertium sedum apud Dioscori-
dem esse, pro firmo crediderim, de quo sermo illuc habendus est, At fa-
bam crassam inter sedi quoque genera reponi debere, & illa quidem frigida,
non inepte quis dixerit.

Telephium:

Finis libri secundi.

IN DIOSSORIDIS ANAZARBEI
LIBRVM TERTIVM ENARRATIONES DOCTO-
ris Amati Lusitani Medicipræstans
tissimi.

DE AGARICO.

Græce, Latine, agaricum: Vulgo agarico: Germani-
ce, Agaric.

Enarratio capitinis primi.

Agaricum.



X IIS MEDICINIS, AGARICVM EST, QVI-
bus passim, magno cum ægrotantium iuuamento uti-
mur, non enim radix est agaricum, tametsi Galenus illud
radicem appelle, fungus autem potius dicendus est, qui
ad radices multarum diuersarum arborum, nascitur, nō
quidem ita albus aut politus, ut in officinis cernitur, sed
cortice potius quodam cooperitus, quo ueterinarij, mulo medici dicti, ple-
runq; utuntur, ex eo clysteres pro irritandis iumentorum fecibus paran-
tes: optimus hodie ex Aphrica affertur, ex Allobrogibus uero non ita bo-
nus asportatur, quo uniuersa Gallia ac Italia utuntur. Fœmina agaricus,
primatum obtinet, modo ut inquit Mœsi, sit habens quinque dotes, prima
quarum est, sit leuis: secunda, sit albus: tertia uelociter frangibilis: quarta,
porosus: quinta rarus. Nam agaricus fœmina, à Dioscoride descriptus, in
tus rectas pectinum modo uenas, & diuisiones habens, proculdubio pes-
simus iudicandus est, qua de re, in isto textu, mendam esse, aliquando sum
suspiciatus, quum quæ masculo pessimo debentur, Dioscorides fœminæ,
agarico optimo tribuit, sed utcunq; res se habeat, ut bonus dicatur agar-
icus, albissimus sit oportet, leuissimus, & minime lignosus: talis proculdu-
bio erit, absq; lineis percurrentibus, quas in malo sæpe conspicimus, & op-
timus dicendus erit, quem Democritus familie medicamen solebat ap-
pellare, quia in omni tempore, & omni ætate tuto dari possit. Agaricus, ca-
lidus in primo gradu est, & siccus in secundo, & ut tradit Galenus libro 6.
de Facultatibus simplicium medicamentorum, Agarici radix, primo qui
dem gustu dulcis, sed paulo post subamara apparer, acrimoniacq; & astrig-
tionis leuiculae quandam speciem temporis spacio inducit, estq; consisten-
tia laxa: quare composita hæc radix est, ex substantia aërea & terrea à calo-
re extenuata: Minimum autem habet essentiaæ aqueæ, hac ratione & dige-
rendi uim possider, & crassitudinem incidendi, tum anfractus uiscerum

Agarici bo-
ni nota.Agaricus
medicamen
familie.Agarici te-
peratura.

expurgandi: Iccirco regio morbo laborantes ex obstructione iecinoris,
nec non morbo comitali obnoxios sanat, tum rigores per circuitus re-
currentes, ex crassis uiscidisq; humoribus ortos, exterminat: iuuat & mor-
bos à bestijs frigore laudentibus, aut compunctos, tum foris in affecta par-
te impositum, tum intro in corpus assumptum, pondere drachmæ unius,
cum uino diluto. Est etiam & purgatorium, in ijs autem Galuerbis, adno-
tandum duximus, quod in agarico sapor amarus comperitur, quo medi-
ante (etsi à tota substantia) pituitæ purgatorius agaricus sit, biliosos quoq;
& seruos educit humores, præter quas dotes, reperitur quoq; in eo, ut tra-
dit Galenus & experientia ipsa indicat, acrimonia pauca, & uix post longū
tempus perceptibilis, qua crassa incidit. At quia acrimonia ista ut dixi-
mus, pauca est, paru incide potest, ideo sapientissime, medici, huius aga-
rici facultates inuestigantes, quum ex illo pastillos parant, zingiber, uel
cinnamomum, aut calsiam, cum salegema, & oxymelite, illi adiungunt,
ut acrimonia parua, à natura illi data, prædictis acribus medicamentis for-
tior euadat, & consequenter potentius crassa incidat, & educat. Sed unum
est, in ijs pastillis, siue trochiscis admonendum, quod pharmacopœa om-
nes, illos paratos in suis habent pyxidibus, ut quum à medicis descriptum
sit, Ex trochiscorum de Agarico, illico ad eas, nulla interposita mora, con-
fugiant, parum alioqui animaduertentes medici, in ijs trochiscis, uires a-
garici deperditas esse, quia siccitate acquisita, subtiliores particulæ, quibus
opus perfici solet, euanuerunt, manentibus crassis, & terrestribus: & ea de
causa, medici prudentiores, & qui rerum curam habent, nunquam agaricu-
m nisi nouiter in pasta paratum ægrotis præbent, scientes trochiscatum
illum uires suas omnino amisisse. Proinde caueant Medici deinceps, ne su-
is ægrotantibus trochiscatum istum præbeant agaricum, imo pharmaco-
polas, ut ab ista abstineant compositione, moneant, quum prudentius mul-
to facient, si quoties agarico uti opus fuerit, de novo ut duximus conficiat,
& in pastam redigant. Sic enim melius operabitur, imo in pasta, eo modo
quo pilularum massa, redigitur, longiori tempore, quam forma trochi-
scorum seruabitur, nec ita celeriter suas amittet uires. Soluit autem agaricu-
s, pituitam, ac bilem crassam, uiscidosq; & crassos humores, Verum aga-
ricum internis inflammationibus obesse, Silanus quidam commenta-
tis super 9. libro Rasis, regi Almansori dicato, contendit, de qua re Nico-
laus Florentinus, ac Mathæus de Gradis consulendi sunt, nunc uero rem
tetigisse sufficit.

Agarici ui
res.

Taxantur
medici.

Silanus.

DE RHAPONTICO.

Græce, ianuino: Latine, rhabonticum, rhecoma, radix Pon-

*tit:rheon,rha,rhabarbarum Ponticum: Vulgo rheubarbaro da
ponto,repontico.*

Enarratio secundi capitⁱs.

Rhapontia ANCONA Mueni nobile apud Italiam emporium, ad quod omne genus hominum mercatorum, totius Orientalis plagæ confluit, eo consilio, ut ab illis, si quæ sunt medicamenta à nostris desiderata, quæ ex Oriente a ferri solent, haberem: nam quum hodie nullus extat princeps, qui pro illicis ueris cognoscendis sollicitus sit, aut qui medicis suis, modum aliquem inquirendi cum impensis constituat, ut olim Alexander Magnus præceptoris suo Aristotelis summo philosopho opes ingentes ad hæc inquirenda naturæ secreta affatim largiebatur: Decreui, non ut principibus placerem, aut ex illis stipendum aliquod sperarem, sed magis ut animo fatis faceret ac posteritati prodessem quo ad fieri posset rerum occultarum, & de quibus authores hodie maximas habent contentiones, certam afferrem notitiam: quo factum est, ut res uotis non infeliciter successerit, ut in rhapsontico iudicare quis poterit, quod ad me aduectum fuit, in maxima quidem copia, & id Gerardus Caroli Quinti Imperatoris, apud Solymannū Turcarū Imperatorem doctissimus orator, proprijs manibus, in regione Ponti eradicauerat. Est enim uir ille doctissimus, & uariarum linguarum peritisimus, ac medicamentorum simplicium diligentissimus inuestigator, qui hoc tempore, primo radicem istam in lucem traxit, digitalis longitudinis & crassitudinis, fungosam leuem, coloris exterioris subnigri, sub quo luteus alter uidetur, nam intus ea fracta, eiusdem cernitur coloris, quo uulgarerhabarbarum, præcipue immaturum, insignitur, quam si dentibus tractaueris, labia, & sputum, crocei coloris reddi certum est, porro saporis mixti est, communis fere aut uulgati rhabarbari ex se saporem reddens: Nam tota ista radix, styptica est, ut experientia compertum habeo: illius enim drachmarum duarum pondus s^epe dedi, & nullus bibentium egessit, imò potius eorum uentres constricti magis fuere. Proinde rhapsonticū hoc Græcorum, diuersum à uulgarī rhabarbaro esse, non solum figura, sed uiribus ipsis, certissimum est. Quum autem hæc literis mandaremus, huius radicis Ponticæ partem, ad Antonium Musam Brasauolam uirum doctissimum, misimus, ueluti ad Antuerpienses, ut inde singularis doctrinæ uir, Ludouicus Nunius Santarenensis Lusitanus, in Hispaniam ad amicos transmitterat. Eam uero hodie quoq; Monachi, qui Mesues Antidotarium enarrarunt, habent, ueluti alij plures doctissimi uiri Romæ agentes. Quapropter, de isto rhapsontico nihil amplius agendum decreuimus, modo Dio-

**Ludouicus
Nunius.**

scoridem sic in præsenti intelligendum monuerimus, eo modo quo Manar
dus olim interpretatus est, circa uerbum hoc. Datur agarico similiter, in fin
gulis prædictis morbis eodem pondere, in ijsdem liquoribus, & cetera, nō
autem Dioscorides per hæc uerba, rhapsodicum purgatorium, ut agaricū
intelligit, ut multi falso interpretantur, sed inquit, potius: Dosis rhapsodicis
in prædictis morbis, eadem est, qua agaricus conceditur, tuto enim rhapsodicum
hoc dysentericis conceditur. De quo Galenus libro octavo de Facul-
tatis simpl. medic. sub rheo & rha sermonem habet dicens: Quiddam ha-
bet terrestre frigidum, ceu indicio est astrictio: adiuncta est illitamen quæ-
dam caliditas. Siquidem si mandatur plusculum, subacre conspicitur: est
etiam aëriae cuiusdam substantiae subtilis particeps, quod indicat laxitas, le-
uitasq; quare conuulsis, ruptis, orthopnoeisq; prodest, sic quoque liuentia &
lichenas cum aceto illitum persanat. A strictionis ratione, sanguinem expu-
entibus, coeliacis & dysentericis confert. Libro quoq; de Antidotis, ita de
eo tradit: Rheon quoq; ipsum adulteratur, quandoquidem statim in regi-
onibus ubi gignitur, recens nonnulli capientes ipsum, decoquunt, donec dulterabat
totum cremorem reddat, quē postea cremorem, ubi acurati percoixerint tur.
ceu purum, atq; aba quē mistura alienum, ad nos transmittunt, sicuti & rhe-
on ipsum siccatum, tanquam necq; id prius cocturam fuerit expertum. Co-
gnoscetur tamen facile dolus, nam eiusmodi rheon, nec densam compactā
ue substantiam possidet, ut quod integrum est, sed rarius apparet, astrictio
nemq; aut obscuram, aut plane nullam gustanti exhibet, quam tamen rhe-
on uigens, ualidissimam possidet. Hæc uero Galeni uerba, Mesue suo tribu-
it rhabarbaro, de quo nunc paululum differere, non ab re erit. Est igitur
RHABARBARVM uulgare, Medicamentum benedictum, & sanctū
dictum. Radix è Scythia prope Persiam, hodie aduecta, figura orbicularis,
pondere ad summum unius libræ: quæ quanto grauior, ac pöderosior
fuerit, eo melior erit. Calidū enim & siccum rhabarbarū hoc est, & ut Mesue
placet, in secundo gradu, quod natura sua bilem purgat, deinde pituitam,
imo ut subdit inibi Mesue, maior eius proprietas est, mundificare & confor-
tare hepar & stomachum, & conferre doloribus pungitiuis corum, & clarifi-
care sanguinem, & auferre oppilationes, & morbos quorū mater est ob-
structio, sicut hydrope & icteritiam, & splenis crassitatem, & febres oppi-
lationū, & similia. Super quibus uerbis adnotandum est, quod quando Me-
dicus decreuerit, meatuum obstrunctiones apèrire, ac uias obclusas resera-
re, tunc rhabarbari infusum offerre ægrotatibus melius est: quando uero si-
mul aperire, & roborare, tunc rhabarbari substantiā dare sanius est consiliū:

Exponitur
Dioscoris
des.

Rheon Ge-
leni.

Que debet
tur rheo,
Mesue suæ
tributum rha-
barbaro.
Rhabarba
rum.

Methodus
dandi rha-
barbarū.

sua enim stypticitate laxam particulam constringit, ac roborat. Vnde Arnaldus Villanouanus, reprobatione dignus est, qui ob stypticitatem infinitam rhabarbaro ipso prægnantibus interdicebat, ignorans alioqui uiridus, & præcius insignis, nullam rhabarbaro inesse partem præstantiorum, ob quam tuto utero gerentibus dari possit, hac styptica, ob quam quoque, & pueris, & senibus, æstate, & hyeme, frequenter, absq; noxa ulla, datur: totū enim rhabarbarū in substantia exhibitum, optime educit, & multo melius ac securius, quam eius infusum, uel dilutum dictum: nam astrictione sua, quæ purgationē non impedit, uiscera fortificat, & ea roborat: quo fit, extenuatis & debilibus, hjsq; qui uiscus aliquod debile habent, in substantia ipsum dare, melius sit. Comperiuntur autē in rhabarbaro, tres nobiles facultates, quarū una, acrimonia est, qua crassa incidit, extenuat, subtiliat, & ad defectionem præparat, ad quam facultatē iuuandam, neoterici, tanq; rhabarbaro opem ferentes, spicam nardum illi adiungebant, credentes rhabarbari acrimoniam, spicenardi acrimonia, intendi & adiuuari, quorū ratione licet optima sit, in hoc tamē claudicat, quod licet ueram spicam habeamus, ut uere habemus, qua multos carere diximus, in ea tamē, uel Galeno teste, libro de Facult. simpliciū, adeo pauca, & memoratu indigna comperitur acrimonia, ut certum sit, ea parum aut nihil adiuuari posse. Quare prudentius medicij fecissent, si loco nardi spicæ, cinnamomum, aut cassia illi adiunxiissent, pro qua complenda operatione, optimo profecto consilio, medici in illius infusione, parum uini albi generosi, & aromatici infundere solent. Qui uero rhabarbarum ustum dysentericis propinant, miro detinentur errore, quum tantum abest, ut ustum rhabarbarum constringat, ut potius ulcerata intestina magis rodat, & fluxū augeat. Mordacitatē enim, & acridinem quandā ab igne contrahit, quam Aristoteles empyreuma appellat: qua mediante, corrodens ac mordicans efficitur, presertim si non lauetur: nam Galeno authore libro citato, capita chalcitidis, ut sexcentos alios locos ex libris de Compositione medicamentorum taceam, usta omnia si lauentur, moderatione reddūtur, minusq; mordacia. Mea igitur sententia, rhabarbarū si dysentericis dari debet, Grcorum rhabarbarū siue rhaponticum dictum, esse debet, nam cōmune & uulgare rhabarbarū, non quidē ustum aut tostum, offerri debet, sed potius eius substantia à subtilioribus particulis denudata, quas in aqua plantaginis, uel rosacea, prius optime pistā, & per diem mersa, amittit, sic enim rhabarbari substantia tuto dari potest. Testis enim Deus est, nos plures Lusitanos, fluxu laborantes, uidisse, quibus rhabarbarum assūm, tanquam rem præcipuā medici dabant, quorum plures, è uita illlico discesserunt. Nam cum uirtus expultrix tribus de-

Rhabarba
ritres fa-
cultates.

Spica nar-
di rhabar-
baro adiu-
genda non
est.

Rhabarba
rum ustum
dysenteri-
cis dari nō
debet.

Vsta om-
nia silauen-
tur mitia
reddūtur.

Rhabarba
rū quomo-
do dari de-
beat.

Historia.

causis, ad expellendum prouocatur, multo pondere, multa mole, & rosio, virtus ex-
ne: fit inde, ut excoriata intestina, rhabarbari alsi rosione, magis corrodant pultrix qui-
tur, ac ulcerentur, & consequenter diem suum obeant ægrotantes. Est ute- bus de cau-
ro Rhabarbarum alterum, hortis familiare, folia habens ampla, longa, e= sis ad expel-
nulæ campanæ similia, cuius radix non infeliciter quoç soluit, quod Fuch lendum
suis, nescio quo augurio ductus inter rumicis genera collocauit.

prouoce-
tur.

DE GENTIANA.

Græce, *γεντιάνη*: Latine, gentiana: Hispanice, la gentiana: Ita-
lice, gentiana: Gallice, gentiane : Germanice, *Genzian*/oder
bitterwurz.

Enarratio. 32

N O T I S S I M A officinis, Gentianaherba est, à Gentio Illyricorum re-
ge, qui eam in bello inuenerit, sic dicta. De qua Galenus exacte dixit libro
sextu de Facultatibus simplicium medicamentorum, hoc modo: Huius
herbæ radix, multum est efficax, quem opus est extenuatione, purgatione,
abstersione, obstructionis liberatione: nec mirum si hæc posset, quem im-
pense sit amara.

Gentiana.

DE ARISTOLOCHIA.

Græce, *αριστολοχία*: Latine, aristolochia, malum terræ, errati-
cum malum: Hispanice, la astronomia: Italice, astrologia, Gal-
lice, de la sarasine, Germanice, *Holwurz*/osterlucei.

Enarratio. 4.

DICIT VR Aristolochia, quod *αριστολοχία* οὐχ οὐσια, id est, optima Aristolo-
chia puerperis sit, nam remoratos menses, & hærentes secundas, à partu opti-
me expellit, cuius duo uulgatissima genera sunt, altera rotunda, altera ue-
ro longa: tertia uero clematitis, id est farmentaria appellatur, hodie herba-
rijs ignota. Præter has Plinius libro uigesimoquinto, capiteno, alterā, *pistolochiam* dictam describit, densis radicis capillamentis, finci plenio-
ris crassitudine, quam quidam polyrhizon cognominant. Hæc uero, à
bonis herbarijs inuenire conspicitur, foliò tenero, diuiso, ranunculo
persimili, radice crassa, bulbosa, inferiori parte lata, intus uacua, colore lu-
tea, sapore uero & odore persimili aristolochiæ, unde Germani, ea pro ari-
stolochia rotunda, hucusq; surparunt. Delitescit enim herba ista in fine
Maij, & non appetet. Cæterum, calidæ & siccæ, in fine secundi gradus,

pp iij

Aristolo- aristolochiae sunt, de quibus Galenus ita prodit libro sexto de Facultate
chia natu- bus simplicium medicamentorum: Radix eius est amara & subacris, sed
ra. & ex illis omnium subtilissima est, quæ rotunda. Aliarum uero duarum,
 quæ clematis appellatur, fragrantior est, infirmior tamen. At longe, te-
 nuitate quidem à rotunda uincitur: abstergendi tamē calfaciendiq; & ipsa
 potentiam obtinet minus tamen quam rotunda abstergens & digerens,
 sed non minus calfaciens, imo forsan plus. Itaq; in quibus usus est modo
 cæ abstersionis, commodior est longa, utputa in ulceribus carne imple-
 dis, at in quibus crassum humorem ualidius extenuare oportet, illic usus est
 rotundæ, proinde dolores à crasso spiritu inductos, rotunda exactius perfa-
 nat: extrahit spicula, putredines corrigit, ulcera sordida purgat, deters et gin-
 giuas splendidas facit, auxilio est asthmaticis singultientibus, comitiali-
 bus, podagrariisq; si cum aqua bibatur, tum ruptis, & conuulsis, ut si quod
Aristolo- aliud medicamen idoneum est. Cæterum Mesue, aristolochiam interme-
chia aluum dicamenta aluum soluentia adnumerat, ut legenti manifestum erit.
 soluit.

DE GLYCYRRHIZA.

Græce, γλυκύρριζα. Latine, glycyrrhiza. Dulcis radix, liquiritia: Hispanice, regaliza: Mauritanice, alcasurz: Italice, regolita: Gallice, erculisse, ourigolisse: Germanice, Stifholz.

Enarratio. 5.

In liquiri- DE hac, nihil dicendum erat, quum officinis familiarissima sit, liquiritia Plinius tia dicta, nisi Plinius in ea errasset, quum eam inter spinosas herbas adnua errat.

Plin. Gly- meret, libro uigesimo secundo capite nono, dicens: & ipsa sine dubio, in-
 cyrrhizam ter aculeatas est, folijs echinatis, pinguibus, tactuq; gummosis, id quod an-
 tea, capite decimoquinto, libri uigesimiprimi, quoq; dixerat: quæ sane uer-
 ba falsa esse, Dioscorides testatur, & experimentum ipsum indicat, quum li-
 quiritia non spinosa habet folia, sed lentisco potius similia, unde credendū
 est Plinium non aliunde in hac re errasse, quām quia legit, in codice aliquo
 Græco, loco uocis ῥιζα lentiscum significantis, ῥιζα, id est asperum & spi-
 nosum: ex quo satis clarer, Plinium glycyrrhizam nunquam uidisse. De
 qua Galenus prudentissime ita loquitur libro sexto, tam saepè à nobis alle-
 gato: similiter radici ipse succus, dulcis leuiterq; astringens existit, proinde
 non modo asperæ arteriæ, sed uesticæ etiam scrabritiem lenire potest, idq; temperaturæ mediocritate: quare fuerit sane natura eius familiaris nostræ
 temperaturæ: Cæterum, tepidam quandam caliditatem sortitur, porro
 quoniam temperie quoq; est humidum, id quod modice est dulce, iure

nunquam
iudit.